þeſſi menn kendu mier ſua Saugu Olafs Tryggvaſonar, ſem nu er ſaugd, oc finda ec bokina Giſſori Halls ſyni, oc retti ec hana eptir hans rádi, oc haufum vier þui halldit ſidan: *h. e. Hiſtoriam hanc mibi dixit Aſgrimus Abbas Veſtlidi filius, Biorno Bergthori Sacerdos, Gellerus Thorgilſi filius; Herdiſa Dada filia, Thorgerda Thorſtani; Ingud Arnari. Hi ita docuerunt me hiſtoriam hanc Olai Tryggvi filii, ut illam retuli: contuli deinde librum cum Giſſore Halli filio, illumque ad ipſius conſilium correxi, ac deinde qua accepimus, rata exiſtimavimus. Citantur quoque Samundus Frode (ſapiens) Ari Frode, Teitur Isleifi filius, Ruphus presbyter. &c. Et poëta Haldorus ethnicus; Halfrodus; Skulo Thorſtani; ſeductor quoq; Olai & Svenonis Regum, Sigvaldus Jarl. Tot tantisque teſtimoniis hiſtoria hac nititur, ut & magnam fidem in pleriſque mereatur. A fragmento membraneo, quibuſdam in locis, non quo ad ſenſum ſed verba, manuſcriptum quod ſequutus ſum, differt: multaque, quod etiam indicare debui, hic interpolata videntur & multa miracula narrantur, quibus fidem habendam eſſe, haud facile perſuadeor. Qua magiam ſapiunt, inficias non eo, ſub primis Chriſtianiſmi temporibus accidere potuiſſe. Similia enim & majora apud alios antiquos ſcriptores reperiuntur. Hiſtoria ipſa & jucunda & utilis, laudeque digna exiſtimari meretur; tam ob initia Chriſtiana Religionis qua hic commemorantur, quam ob illa qua de SveoGothis & Patria Noſtra hic ſapius indicantur, & multo clarius referuntur, quam in Snorrone & aliis antiquis, recentioribusque ſcriptoribus. Plurimi etiam Saxonis aliorumque errores & falſa relationes emendantur, & luci hominum exponuntur. Qua omnia à Sveo-Gothicarum antiquitatum amatoribus, benignè & cum favore ut excipiatur, ſuadent. Singula curioſo Lectori diu non latebunt. Ego operam meam in iis, qua curam & dilucidationem aliquam exigunt, quantum poſſum in hoc rerum mearum habitu, navabo.*

Saga Olafs Kongs Tryggvaſonar] *Rex Norrigia Olaus Tryggvi filius, cujus res geſtas praſens hiſtoria memorat, patruum maximum Haraldum pulchricomum, potentiſſimum Norrigia monarcham habebat. Magnos hos Olai natales, virtus maxima ornabat, ut merito de illo dici poſſit; illum omnes majores ſuos heroicis factis aquaſſe, nec tempore ſuo parem habuiſſe. Is in Norrigiam primus Chriſtianam pietatem intulit, promovit, divulgavit. Vide auctorem Noſtrum, Snorronem & Olofs Saga: Nam licet Rex Haquinus Adalſten apud Anglos in Chriſtiana pietate probe inſtitutus fuiſſet, apud tamen ſubditos Etniciſmi tenaces, nihil effecit, & comite Haquino ibi rerum potiunte, ab Caſare Ottone quidam ſint in Norrigiam miſſi, qui ibi religionem propagarent Chriſtianam; fruſtra tamen & illis illorum inſtitutum fuit, redeunte Haquino Comite, religionis deſertore; qui Chriſtiana pietatis exercitium, cum pœna comminao-*

tione, interdixit. Vide cap. XII. *&* XIII. *Laudum Olai virtutumque, & noti & ignoti, & amici & inimici, praecones exstiterunt. Vide cap.* III. *&* V. *& ubi Vandalorum Regina cap.* VII. *commendatur, à satrapa ipsius Dixino, cum is primum illum adspexisset. Vide quoque cap* IX. *&* XVIII. *cap.* LVIII. *vero Segrida Storrada. quae immortale adversus Olaum odium alebat, Olai tamen virtutem negare non poterat.* Þa mælti Svein Kongr, huer suivirding er mier þat? Er eig Olafr Tryggvason agætligri öllum Kongum odrum? Eda mynda ek nokut gipta syster mina betra Kongi, þó at ek reda sialfr fyri? enn þo at alt mitt Rijki stædi med hinnum besta bloma, þa væri hun þó ærit göfuglega gefin. Sigryder Drottning mælti; eigi mæli ek þui i moti at Olafur Kongur er agætligri audrum Kongum, oc syster þin er vist ærit vel gipt *h. e. Tum dicebat Rex Sveno, quae mihi est illa ignominia? Nonne Olaus alios Reges supergreditur? vel cui majori Regi desponsare potuissem sororem meam, si apud me arbitrium fuisset? Et quamvis Imperium meum maxime floreret, illa tamen optime nupta est. Haud inficias eo, respondit Regina Segrida, prae aliis Regibus eminere Regem Olaum, & optime certe nupta est soror tua. Cap.* LX. *caeci senis in insula Mostur, testimonium de Rege Olao egregium exstat, & summi quoque inimici ejus Erici Jarls cap.* LXIII. Oc enn mælti Fyrijkr Jarl, makligt er Olafi Kongi þetta skip, sua miok sem hann ber af odrum Kongum, sua miök ber oc þetta skip af öllum odrum skipum. *i. e. Digna est Rege Olao haec navis, inquit Comes Ericus, quantum enim ille aliis Regibus praestat, tantum & aliis navibus haec major, melior & elegantior est. Vide de Olao & Navi ipsius, Olafs Digres Saga, Snorronem Sturla & Husafeldense Chronic. de illo autem apud Nostrum. Cap.* LXIX. *Dicit idem Ericus:* Opt hefi ek verit i bardagum, oc aldrig fundit rauskari menn eda vigkenni, enn Olafr Kongr er, oc hans menn. &c. *h. e. Praeliis saepius interfui, sed nunquam in bellatores, promptiores fortioresque incidi, quam Olaus & ipsius milites exstant: videatur quoq; cap.* LXXI. *& additamenta historia de Anglia Rege Jatvardo.*

NOTÆ in CAP. I.

Huilikir lutir fra Gunhildi sagdir] *Deest initium historiae in manuscripto quod ad manus meas pervenit; id autem continuisse saltem, malitiam & veneficia Gunhildae, mortemque Regis Tryggvi patris Olai, satis constat: de cujus nece vide Snorron. pag.* 55. *& Helgonis ab Husafelde Cronicon quod tamen in quibusdam relationibus à Nostro alienum*

 est.

est. Fuit hac Gunhilda Konunga modeř *dicta (quod omnes filii ejus ad Regiam dignitatem evecti sint) in Finlandia educata apud duos magos, Regis tamen Halogensium Ossuri Thoronis filia, uxor Erici Blodòxe, filii Regis Norrigia Haraldi pulchricomi: pessimo nupta viro, eique simslima, de cujus moribus videatur Husafeldent. Cronic. in vita Erici Blodox, qui à crudelitate sua nomen* Blodòxe *accepit, fratres enim suos fere omnes, fuerunt autem viginti vel plures: vide Olai Crassi histor. cap. 1. Snorr. & Husafeldens. aut ipsemet occidit, aut occidi curavit; quosdam uxor veneficiis circumvenit: cujus rei duo saltem documenta adscribam ex Husafeldens. quorum primum in vita Erici Blodòx exstat:* Tuemur árum Þar eptir, vard Haldan Kung Svarti daudir i Þrandheim, i enu gestabodi; var sagt ad Gunhildr Kónga modir, hafdi keipt ad einni Finnkonu ad fuikia hann, eda forgiora. *h. e. Post duos dein annos, Rex Haldanus Suarte, propera morte succubuit, Trandhemii in convivio quodam. Relatumque est Gunhildam Regum matrem sollicitasse mulierem Finnonicam, ad illum prævertendum vel venefi.iis necandum. Et in vita Haquini Adalstein, qui quoque Erici Blodòx frater fuerat; sequentia memorantur.* Þad er og skrifad hier um, ad Þegar ovinnerner voru fluener, og Hakon K. safnadi aptur sinu folki saman, og stód á vallinum, og villdi mæta sijnum ovinnum, ef Þeir hefdi komid aptur med ferlkan her fra skipunum; Þa matti sia eina furdulega syn, huorsu ad ein pijla hieck hatt i loptinu, og beigdist med odinum framm og aptur ofan yfer Hakon Kong oc hans folk, og er huor madur var hræddur um sig fyri sómu pilum. Þa skautst hun um sijdur ofan i vinstra arm K. Þar hann var Þickvastur, oc kallast aflvódi. Huoria pilu Gunhildr Drottning Konga modur, skal hafa med sinne fiolkyngi oc finnalist suo tilbuid, huor til hun var og nógsamliga Konstrug og mentud i uppfostri sijnu á Finnmork. *b. e. Refertur cum inimici ejus fugam cepissent, Haquinus autem Rex suas copias recollegisset, campoque paratus staret, obviam ire inimicis, si reditum parassent de navibus cum novis copiis; visio horrenda apparuit, quomodo scilicet sagitta aëre pendens, mucronem huc atque illuc converteret, supra Haquinum Regem & milites ipsius. Cumque omnes sagittam hanc expavescerent, ultimo in crassissimam partem armi Regis (qua* aflvoddi *dicitur, h. e. suprema brachii fortissimaque pars) descendit. quam sagittam Gunhildam Regum matrem, arte magica Finnorum, cui deditissima fuit, inque illa juvenilibus annis enutrita* Finlandiæ, *præparasse & misisse, pro certo creditum est, par relatio exstat quoque apud Snorronem. Unus ex fratribus Erici Blodóx fuerat Olaus, Olai Tryggvasonii patruus, quem una cum fratre altero Sigurdo, ad Tunsbergam occidit. Olafs*

Digres

Digrès *Saga cap.* VII. *Snorro Sturlæsonius & Husafeldensis. Theodorus monachus. Noster cap.* 54. *Hoc factum filiis Erici Haraldo & Gudrodo, uxorique Gunhildæ tribuit. In exilium à fratre Rege Haquino Adalstenii nutritio ejectus Ericus, permissu Adalsteinii Angliæ Regis, Northumbriam aliquo tempore gubernavit. Uxor autem Gunhilda, illo mortuo cum filiis in Norrigiam postliminio rediens, & quidem post vigesimum septimum annum; tamdiu enim imperavit Haquinus Adalstein. videatur Olai Crassi historia cap.* X. *quo tempore illius magia & filiorum illius progressu occisus: qua de re ex Husafeldense modo relatum & in vita Olai Tryggvasonii amplius apud illum refertur, hoc modo,* I þan tijma var orosta à Fitium er Hakon Adalsteins fostri fiell. Tok þa rijki i Noregi Gunhilder Konunga moder, oc syner hennar. Socki vikingur var vinner þeirra mikil, sem morg onnur illmenne. *h. e. Illo tempore prælium exstitit in Fitia, ubi occubuit Haquinus Rex. Adalsteinii nutritius. Imperio Norrigico tunc potita est Gunhilda Regum mater, filiique ejus. Socki peirata summus amicus illorum exstitit, sicut & alii facinorosi homines. Illa autem post reditum in Norrigiam omnibus sibi & suis contradicentibus, obedientiamque non præstantibus, gravis erat. Gunhildæ itaque filiorum machinationibus, aut ejus veneficiis, Tryggve Olai pater quoque interceptus est; filius autem cum matre in latibula primum compulsi, ac deinde in exsilium acti, ubi Olaum multa mala exceperunt: mater enim ab hostibus adempta cap.* IV. *Nutritius ejus Thorolphus in conspectu interemptus. Ibid. & Is in servitutem una cum Thorolphi filio adactus, ac complurimis dominis venditus, donec in melius se fortuna mutaret. Vide cap.* V. *auctoris Nostri, ubi à Sigurdo avunculo agnitus, magnoque pretio libertati restitutus; Educatoris sui interfectorem neci dedit, ac inter aulicos Russiæ Regis receptus, tempore aliquo ibi summo in honore versatus est, multaque laude digna bellica facinora perpetravit, famamque nominis egregiam sibi comparavit.*

Gunhildi drottning alt Noregis veldis] *Major hic potentia Gunhildæ tribuitur, quam illam vel alios qui Norrigiæ Imperium habuerunt, obtinuisse crediderim: dicitur enim totius Norrigiæ* Imperatrix: *quare hic locus ne intactus relinquatur, ipsa veritas exigit. Occiso in australi mari marito ejus, Northumbriæ Regulo Erico Blodöx, & mortuo fratre ejus Norrigiæ Rege Haquino Adalstein, qui Ericum Regno eiecerat; Gunhilda in Norrigiam rediens, maximam quidem partem Imperii, quibuscunque artibus sibi subjecit: Norrigiæ tamen plurimas provincias Sveoniæ Reges, jure hereditario possedisse, satis constat; quod hic mecum primum confirmabit auctor Noster. cap.* XLVIII Enn fyri þui at ltarfit var mykit oc stundin skomm, at samna saman saudum

dum i allmattugz Gudz fauda huut, þa var sua sem vangert stædi eptir Gudz verk: fyri þui at fialbygdir lagu undir Noregs Konga, er med fiónum rikdo, þui at Upplendinga Kongar er Fylkiom redo, þiónudo til Svia Kongr, þa toko þeir fair vit Christni, oc huarvitna i fiarlægu bygdum oc vidum fiollum um allan Noreg, og i afdólum, eda utnesiom þa blotudu margir leinliga Skurdgudum, oc treistuit þó ey at lata þá heima vera i husum sinum, oc trudu á skoga oc biorg eda tiarnir. *h. e. Sed quia labor erat maximus & tempus exiguum, quo colligerentur oves in ovile omnipotentis Dei: Nullum quasi progressum religiosissimum hoc opus habere visum est: montana enim omnia mari contermina Norrigiæ subjacebant, sed mediterranei Reges qui magnas provincias* (Fylken) *gubernabant* (quanta fuerit ejusmodi provincia fylke vide cap. XLI. Auctoris Nostri & Notas: unum plurimis ejusmodi provinciis præfuisse, in auctore Nostro & aliis sæpius legitur) *Sveoniæ Regibus parebant, quare pauci ex illis Christianam pietatem recipiebant, ubique autem in dissitis locis & montanis Norrigiæ, uti & in convallibus ac Isthmis, plurimi Deorum turbæ sacrificabant, domi tamen illos habere non audebant, sed sylvas, montes & paludes, adorabant. Monstrat hic locus, montana solum sub Norrigiæ Regum ditione fuisse, maximas autem provincias,* Sveonum Regibus, *Olai etiam Tryggvasonii temporibus paruisse. Post funestum illud prælium inter Olaum Tryggvasonium ab una parte; ab altera Olaum* Skautkonung *& Sveonem* Tiugeskegg *Reges, ac Comitem Ericum Haquini filium; superato aut fugato Olao Tryggvasonio, inter duces convenerat, ut Norrigia in tres partes divideretur, haberetque suam quilibet dux portionem: Erico tamen Jarl naves Olai Tryggvæ filii, una cum bonis quæ illis inerant, ad reliqua concessa sunt. Sed refertur à quibusdam, Olaum Skautkonung exclusis cæteris, Norregiam sibi retinuisse. Quod utrum ita factum sit, hic non disputo. Id certum est postquam Olaus Crassus Norrigiam sibi subjecerat, perpetuum odium inter illum & Olaum Skautkonung extitisse, bella denique ac cades, Olaf Digres Saga cap.* XIX. *refert Ericum & Svenonem Comites, ex reditibus Norrigiæ, tributum Olao Skautkonung & Svenoni Tiugeskegg pependisse. Idem facit & Snorro Sturlæson. Olaus Rex Sveoniæ jus suum ad Norrigiam, ubique in Snorrone & historia Olai Crassi meminit, unde nunquam iram, quam contra Olaum susceperat, quod ille possessiones suas in Uplandia Norrigica invasisset, deponere poterat: quod & Olao primum in Norrigiam reduci cap.* XXXIV. *Rex Sigurdus vitricus ipsius prædixerat. vide cap.* XXXVI. *cap.* XLVI. *autem* Suia Kongi hugnadist storilla vid Olafi Digra, þann er hafdi setzk i Skattlaund hans, oc rekit abraut Syen Jarl, het hann þar fyre Olafe

Haralds

Haralds syne, enom mestom aafarkostom, Þa er hann metti vitkomast. *h. e. Regem Sveoniæ male habebat, quod Olaus Crassus terram sibi tributariam invasisset, Svenonemque Jarl ejecisset, quare mala cuncta ipsi, data aliquando occasione ac tempore minabatur.* Cap. XLVIII. *Regis Sveoniæ nuntii in Norrigiam tributa à Norrigiæ inhabitatoribus, quos benevolos quidem experti sunt, sed interdicente Olao Crasso frustra expetunt. vide cap.* LIV. & LXI. *quod maxime notabile. cap. vero* XXXI. *provinciæ quæ sorte Olao Skautkonung, debellato Olao Tryggvasonio obtigerant, hoc modo enumerantur.* Olafur enn Sönsci Svia Kongur blaut eian Þridiung landz, þad voro IV. Fylki i Þrondheimi, Sparrabygva fylki, Verdòla fylki, Skaum, Stiordala fylki à Meri, huari tueggio Raumsdal oc auster Rom-Rijki, vit Lansenda. *h. e. Tertiam partem Norrigiæ habuit Olaus Rex Sveoniæ, continebat autem illa in se provincias Sparrebyggensem, Skaum & Stiordalensem, è regione Rumdalensis & australis partis Romrijkensis, ad imperii finem. Has belli jure possidebat sed provincias adhuc magnas & Regulos illas administrantes, hereditario jure subjectas sibi habuisse, locus auctoris Nostri modo sollicitatus evincit. Videatur quoque Snorro pag.* 46. *ubi notabilia quædam hac de re exstant, dicitque auctor Eiricum Edmundi Sveoniæ Regem, subjecta sibi Vermlandia (quæ tamen propria Sveonum possessio fuerat à primis initiis) tributum illinc accepisse; illique tractui præposuisse Ranonem Gothum, ut imperaret inter* Swinesund *& Oslæ fluvium, & in austrum Gothelbam usque: Regem autem Sveonum hunc tractum sibi adscripsisse, nec desistere prius voluisse quam sua propria fierent, partes in Vikia, quas rexerat Sigurdus Ringo & Regnerus Lodbrok: Romarijke nempe & Vingulmork, tota Vikia cum Vestfoldia, ad insulam usque Granmór; agnoscebantque Imperium Sveo-Gothicum, multi primates cum plebe in his regionibus. Factum itaque ut à pluribus referatur de Haraldo pulchricomo.* Þui drog Haralldur Kongur austur yfir Eydeskog, kom i Vermaland og liet bua ser til gifting og flutninga, lijka sem hann væri Kongur i landinu. *Husafeldens. Cronic. videatur Snorro pag.* 47. *h. e. Haraldus meridiem versus iter faciens, Eydæ sylvam superavit, Vermlandiamque accessit; jussitque in adventum suum cibaria, & quæ sustentationi suæ suorumque necessaria essent, expendi tanquam legitimus Rex (notabene) esset. Videantur sequentia, in quibus etiam Regis Sveoniæ facilitas in tolerandâ Haraldi audacia, adparet. Allegatis eleganter accedit histor. Olai Crassi cap.* LXII. *hoc modo:* Ek em XXX Konungr & Upsaulum, sua at hefur eptir annat tekit vara frænda, oc verit einvalds Kongar yfir Sviaveldi, oc morgum audrum storlaundum, oc verit allir yfir Kongar, annara Konunga, à Nordurlaundum; enn i Noregi er litil bygd,

og

og Þo fundrlaus. Hafa Þar uerit fma Kongar, enn Haraldr en Harfagri var meftr madur i Þui landi, oc atti hann skipti vit fylkis Konunga, oc braut Þa undir fek. Kunni hann fier Þan hagnat, at girnaft ecki Svia Kongs veldi. *&c. vide Snorronem Sturlæ pag.* 208. *i. e. Upsalensis Rex* xxx. *sum, inquit Olaus Skautkonung, ut successivum manserit imperium in familia nostra, & monarchia in SveGothico Imperio, aliisque magnis ditionibus; hi Regum Reges in Septentrionali terrarum parte exstiterunt: Norrigia autem parva est, & in plurimas partes distincta. Fuerunt inibi Reges minimis provinciis Imperantes, potentissimus vero omnium in Norrigia Haraldus Pulchricomus exstitit; contentiones Is cum Regulis istis habuit, cujus imperio etiam subijciebantur: Has in re autem moderari sibi optime noverat, ne Sveoniæ Regis possessiones appeteret. Hic monendus est Benevolus Lector, in locis multis nihilo quam est versio Konunga Sagornas, feliciorem esse translationem Snorronis Sturlæ, maxime pag.* 208. *utraque sensum quem habet manuscript. vetus, exprimere debuerat, quod quam feliciter peractum sit, qui Nostram explicationem cum illorum conferre voluerit, haud difficulter perspiciet. In eadem historia cap.* 84. *Sic filiam alloquitur Olaus Skautkonung:* Vietu Þad Ingigerdur, at fua mikla aft fem Þu hefr lagt; vit Þenna enn digra mann Þa fkaltu Þefs alldreigi niota, oc huorki ykar, fkal ek Þik gipta nockorom Þeim Hofdingia, er mier fe egiandi vinattu vit, enn ec ma alldregi vera vin Þefs mans, er Riki mitt hefur tekit at herfangi, oc gört margan fkada, i ránum oc mandrapum. *h. e. Scias hoc Ingrida, quod amore licet maximo crassum istum virum prosequeris, frustra tamen id omne vobis erit. Nuptum dabo te generoso alicui viro; quicum amicitiam habere me decuerit; ego enim familiaritatem cum illo exercere nequaquam sustineo, qui Regnum mihi meum subripuit, & latrocinis ac nece meorum, multa mala mihi attulit. Ab hac comminatione sua nec recessit, nuptui enim illam tradidit, contra pacta in universali Judicio Upsalensi, Jarislevo Russorum Regi. Jamptlandi vero qui ortum Norrigiæ incolis debent, cum eodem tempore ab illis tributa nuntii Olai Crassi expeterent, pendere constanter negabant, sed Sveoniæ Regi fideliter parebant, & nuntios Olai Crassi in Jamptiam missos, suspendio sustulerunt. Videatur Olafs Saga. Husafeld. cap.* 144. *Snorro cap.* 151.

De Gunhilda malitia legatur Snorro Sturlæ, Jombsvikinga Saga, Olafs digres Saga, Husafeldens. Cronic. & Stephanii notæ ad Saxon. Grammat. l. 2. *&c. Noster cap.* 2. Nu truir hun eigi, oc ecki eg Gunhildi, Þui at ofs fynift hun flerdafull oc pretta, oc er hun kunnig af morgum fvijkfomligum blutum. *h. e. Illa Gunhilda non fidit neque ego; nobis enim videtur*

ftetur dolis & deceptionibus plena; notumque est ejus fallendi studium ubique. Hac de re sic Husafeld. Cronic. ex veteri quodam Mss. hist. Olai Tryggvasonii: Gunhild Koaungamodr, sendi mig hingad Þess erindis, ad hun bijder med god villia, virdulegt sostur Olafe syne Tryggva Kongs, Þickist hun sua hellst meiga bæta synenum og frændum hans, enn flietta yfer skiotrædе sona sinna. Þad er Þeir drapu Tryggva Kong frænda sinn, ad sæda upp Sveinin med sæmd, og halda honom til Rijki hans, er hann er tilborin, Þegar honum sasur alldet til. *h. e. Gunhilda regum mater, me cum hoc negotio huc misit, quod se ad decenter educandum Olaum Regis Tryggvi filium offert, existimatque se hoc modo recompensaturam filio & cognatis ipsius, deleturamque injuriam quam commiserunt filii sui, occidendo Regem Tryggvum cognatum suum, si convenienter magnorum fortunæ illum educaverit ad Imperium quod illi debetur, cum ætate maturus fuerit. Impostura huic à partibus Gunhildæ, sic ibidem respondit Haquinus senex, Vestro. Gothiæ Comes.* Diarflega og oheyrliga hefur Þu fram flutt Þin erinde. Enn af Þui, ad Gunhilder er profad ad Þui, ad hun er full af flærdum, og sviksomlegum underhyggium, Þa truer möder sveinsins ecki hennar glæsilegum fogurmælum, oc Þui Þarf ecki Þetta maal firi yder ad seinka. Olafer komer ecki i burt hiedan, ad ovilia hennar Astrijdar, og alldre kemer hann à valld Þitt, medan Þau vilia hier dueliast à minum nadum. *h. e. Audacia inaudita negotium tuum proposuisti. Sed quia omnibus notum compertumque est, Gunhildam deceptionibus ac fallaciis plenam esse, fidem illius splendidis verbis, mater pueri habere non potest, quare quod cogito te non latebit. Olaus hinc non abibit contra voluntatem Astridæ, inque tuam potestatem nunquam veniet, quamdiu se meæ protectioni fideique committunt. Quod autem Olaum Tryggvasonium in suam potestatem sicut mandaverat, redigere non posset Haquinus Jarl Sigurdi filius, tota illum Norrigia ejecit, & hereditariis bonis privavit, cap. 2. in initio. Quare ille ad Sveoniæ Regem, dominum partis Norrigiæ confugit. videatur Noster capite citato.*

Voro hier nockrir menn mier okunnir oc toko mat af mier] *Et hic locus, ut multi alii, veterum Septentrionalium hospitalitatem commendat, quod dicit sibi ignotis, se cibum exhibuisse. Nostri enim* Liberalitate quondam & officioso hospitum cultu, ceteras gentes omnes anteiverunt: sed jam frequentata cum exteris commercia, temporumque in pejus ruentium necessitas, rei domesticæ propiorem curam admovere coëgerunt. *Verelius Hist. SveoGoth. l. 1. cap. 2. De benevola hospitum exceptione apud veteres Septentrionales, in notis ad Thorsteins Saga cap. 16. pauca indicavi. Viguit hæc majorum hospitalitas in Septentrione Nostro, ad tempora usq;*

Magni Ƒaðulåð : *cum vetus illa consvetudo & depradicatione dignissima, edicto mutata est publico, ob advenarum in Nostros insolentiam, qua de re idem Clariss. Verelius, vitricus olim meus hist. sua lib. 2. cap* v. *sic refert.* Consveverunt huc usque rustici, quemlibet iter facientem, gratuito hospitio & commeatu excipere. Sed quia hospitum multorum improbitate, damnosa colonis fiebat liberalitas, lege vetuit Magnus quicquam colono ingratiis eripi: quin prætio omnia redimi, quæ sponte non exhiberentur. Unde & Ƒaðulåð nominatus est, quod feræ instar rusticorum ædes tutas præstaret. *videatur quoque Olaus Petri.*

Historiam de Astrida & filio illius Olao Tryggvasonio, longe aliter quam Noster auctor, refert Snorro Sturlæ. Illam nempe post mortem mariti, Regis Tryggvi; apud patrem suum, potentem Norrigiæ virum, Ericum in Optrustad fuisse, & inde ob dolum Gunhilda aufugisse in Sveoniam. Sed integrior videtur auctoris Nostri relatio, ubi Thoreri studium egregium & prudentia, in matrem & Olaum servando, adparet. De Haquini Comitis Norrigiæ labore ut captivare posset Olaum, & altercationibus postquam in Sveoniam venerat, cum comite Haquino Gambla, prolixior & elegantior est Noster, quam Snorro & Olafs Digres Saga. vide Nostrum cap. 1. *&* 2. *ubi lectu dignissima, & maxime notabilia occurrunt. Haquinum Jarl Norrigiæ potentissimum comitem, qui & socer Erici victoriosi fiebat, perperam quoque Snorro servum Gunhildæ pag.* 100. *nominat. De illo autem Husafeldens. Cronic. in vita Haraldi Grafelds sic refert:* Oc syndist þad vera stor vinatta milli Drottning Gunhildar og Hakonar Jarls, þo kunnu menn ad formerkia opt hennar folskrâd og tuikligit tal vid han. *h. e. Videbatur summa amicitia intercedere Gunhildam & Haquinum Comitem, multoties tamen se prodebat, quod illum circumvenire fallacibus verbis studeret. Sed is ipse Norrigiæ dein totius dominus, ejectis Gunhildæ filiis exstitit, usque quo redibat Olaus Tryggvæ filius. vide Olafs Digres Saga & præsentem auctorem cum Snorrone, de amicitia inter illum & Gunhildam.*

Leita um þorpid oc alla garda] *Angustiori significatione vocem* Torp *olim acceptam, quam nunc vulgo habetur. hic locus & cap.* 2. *&* 3. *indicant: ubi pari significatione usurpatam hanc vocem, apud veteres in Nostra patria constat, de magno pago, ut hodierno etiam tempore apud Batavos accipitur. Jam apud Nostros* Thorp, *parvum & solitarium prædium dicitur, quod ab exiguæ sortis colono inhabitatur: sic*

. . . . . . verborum vetus interit ætas. *Horat. de art. Poët.*

Er þeir hofdu leitat alt til nons.] *Refertur hoc capite ab auctore Oddo Monacho; Haquinum Comitem cum suis in inquirendo Olao Tryggvasonio, ope-*

ram

ram adhibuisse ad horam usque duodecimam diei; perhibente enim Messenio in Scondia illustrata, hoc modo distincta fuerunt hora canonica; ut matutina esset hora 12 noctis: Prima inter 6. & 7. Tertia, hora 9. Sexta, inter horam 10. & 11. Nona, hora 12. vesper, inter 2. & 3. completa hora 5. Aliam diei distinctionem habet vitricus meus Verelius in Notis ad Gautreks Saga cap. XXIX. *ubi hoc modo diem in sex partes distinxisse veteres memorat.* 1. Dagmal *vel* Frukostdags. 2. Hadeigi *vel* Halfgångee middag. 3 Midmunda *vel* Middag. 4. Non *vel* Betemålsdags. 5. Mideraptan. 6. Nattmal *vel* Qwell.

Cap. II.

Þa voru skild rad þeira Sigridar Storrado] *Divortium hic locus, inter Regem Sveonum Ericum Sigursalli & Reginam Segridam Storradam indicat, causasque divortii duas meminit. Prima quod magnanima fuisset, omniaque Regni negotia ad suum nutum administrari voluisset, imperiumque in maritum etiam exercere: altera quod Patria legem metuerat; ne mortuo marito, cui è vita discedere post decennium, in fatis erat; una tumulari deberet. Sic auctor Noster:* Hun var storràd oc þo radgiarn, enn Kongr vildi eigi hafa ofsa hennar. Enn sumir seigia, at hun vilde þui eigi med honum vera, at þat voru laug i Landi, ef misdaudi yrdi hionanna, at kono skildi sitia i haug hia hónum, enn hun vissi at þat lá à Kongi, at hann skyldi eigi lifa um tijo vetr, oc het hann þvi til Sigurs sier, þa er hann bardist vid Styrbiorn, at hann skyldi eigi leinger lifa sidan enn tio vetur. *h. e. Imperiosa erat & sapiens tamen, sed Rex insolentiam ipsius sufferre non poterat. Verum alii perhibent, illam noluisse in matrimonio cum illo manere, quod patria lex esset: uxorem debere defuncto marito, etiam tumulo sepulchrali condi; ylla autem noverat, Regi imminere diem supremum post decimum annum, eâ enim lege se propter victoriam adipiscendam adversus Styrbiornum, devoverat; nempe illis annis praterlapsis, in vivis ne amplius esset. (quod illo elapso tempore è vivis etiam excesserit, vide Snorronem pag. 96.) Notabilis est hac historia & aliis non memorata quam & prolixius cap.* XXVIII. *Noster prosequitur hoc modo:* I þan tijma er rikti yfir Norveg Hacon Jarl, var Erikur Kongr i Sviþiod, oc eptir hin fræga orosto er hann hafdi att vid Styrbiorn, oc feck sigur med þeim hætti at Odiner gaf honom sigrin, enn hann het þui til at han gafsck Odineri eptir hit tijunda ár, oc sidan var hann kalladr *Eyrikur* Hinn

 Sigur-

Sigurſælli. Þeſſi Styrbiorn var allra manna valkaſtr oc agiætaſtur af herſkap ſinum. Hann hafdi ſua mikin her i moti Kongi, þa er hann geck à land i Sviarijki, att Eyrikur Kongr ottadiſt mikid hans afl. Enn ſva ſeigia menn att ſua mikill diofulzſkapur fylgdi, at tua hluti lid hans felldi Eyrikur Kongr med fiolkyngi. Enn at lyckrum fell alt lid hans, oc ſia ſialfr Styrbiorn. Eyrikr Kongr atti Sigridi Hinn Storradá, oc var þeira ſon Olafr Svenſki. þat ſeigia menn, at Kongr vildi ſkilia vid Sigridi Drotningu, oc vildi ey hafa ofsa hennar oc ofmetnad oc ſatti hana Drottning yfir Gautland, enn Kongur atti ſidan dottir Hakonar Jarls. *h. e. Illo tempore quo Norrigiam gubernabat Haquinus, Rex Sveonum Ericus erat, & quidem poſt famoſam illam pugnam, inter illum & Styrbiornum. Victoriam ſic conſequutus erat, ut Odino illam deberet; cui hanc gratiam retulit, quod ſe Odino devoverat poſt decimum annum, dehinc appellatus eſt Ericus Sigurſalli* (victorioſus) *Hic Styrbiornus omnium erat promtiſſimus, præſtantiſſimuſque quo ad exercitum ſuum. Tantum enim exercitum ducebat cum Sveoniam adpelleret, ut Erico metum incuterent vires illius. Sed referunt tot maleficos genios ſe Erico adſociaſſe, ut duas partes roboris alterius, maleficiis ſuperaverit. Ultimoque totus exercitus deletus, & Styrbiornus ipſe interemptus eſt. Uxorem habebat Ericus Segridam Storradam, quorum filius Olaus Svenski erat. Dicunt autem Regem divortium cum illa feciſſe, ob illius faſtum & imperandi cupiditatem in maritum, permiſitque ut Gothis illa imperaret, is autem poſtea in uxorem duxit filiam Haquini Norrigiæ comitis. Hunc Styrbiornum Slavica militia inſtructum fuiſſe, teſtatur Saxo: Qui etiam memorat Haraldum Slavia illo tempore potitum fuiſſe, &* Styrbiorno duce militum præſidia ibi collocaſſe. *Quæ omnia Noſtro conveniunt, ubi quoque Burislaus Vandaliæ rex, tributarius Svenonis dicitur cap.* XXX. *Verum an Sveno Tiugeskegg in Julinenſes unquam cives, imperium aliquod obtinuerit ut Saxo refert, juxta dubito. Noſter enim eodem cap. & Snorro, Sigvaldum comitem, qui natione quidem Danus erat, Julinum Burislao ſervaſſe, memorat: Quare etiam exiſtimo Julinenſim ducum expeditionem contra Haquinum Norrigiæ comitem, poſtquam ſuppetias ſecunda vice Haraldo adverſus Ottonem tuliſſet, neque Haraldo neque Svenoni filio ipſius obnoxium fuiſſe, parumque adeo ante id temporis, teſtes ſunt auctores citati: Et quare ipſi obnoxius fuerit, apud Noſtrum exſtat; ob interfectum ſcilicet Haraldi cognatum Guldharaldum; id quod ipſo non abnuente, & illius commodo fiebat. vide Noſtrum. Sed aſtu Sigvaldi & affinitate cum Svenone, Burulaum etiam à ſervitute liberatum, Noſter auctor cap.* XXX *memorat. Quam hiſtoriam ut perverſe tradiderit Saxo; poſtea monſtrabo. Poſtquam Sveno ge-*

ner.

ner Burislavi factus esset, amicitiam optime coluerunt Burislaus & Sveno vide Nostrum cap. XLII. *Voluitque Sveno in matrimonium ipsi tradere sororem suam Thyram, quam filiam perperam nominat Saxo: quæ dein inscio Svenone, intercedente saltem Thyræ Nutritio Acne, Olao Tryggvasonio nupsit; unde ira quæ in apertum bellum deinde eruperunt, qua de re prolixus est Noster cap.* XII. *ubi quædam tam de Saxonis, quam de Snorronis relatione indicabuntur. Quod Ericum*, Sigurfælli, *ob illam saltem victoriam, quam superato Styrbiorno consequutus est, adpellatum auctor Noster dicit; majorem hic fidem Erico Olai, Cronico Nostro rythmico â Messenio edito, Snorroni uti & Historia Olai Crassi habeo; ubi inter virtutes ipsius bellicas memoratur. Sveonum imperium ab illo plurimis expeditionibus auctum; devicta scilicet Dania, Livonia, Curlandia, Esthia & Finnlandia: unde magis Sigursælli dici meruisse videtur. Historia Olai Crassi cap.* LXXII. *virtutis ipsius hoc modo meminit.* Ec ma munna Eiric Kong enn Sigrsella (sagdi Þorgny Lagmadur) var ec med hanum i morgum herforum, jok han rijki Svia, enn vardi hardhendliga. *h. e. Erici Victoriosi etiam recordor, inquit Thorgnyus Legifer: militiam enim illius sequutus sum: auxit is Imperii Sueonici fines, fortiterque defendit. Magiæ illum deditum fuisse, apud alios non legi. Bremensis Stenkillum, qui idem est; Clarissimum ac pijssimum Regem adpellat: suaque legatione ad Metropolitanum Bremensem, Adalvardum juniorem impetrasse memorat; qui Sveones in Religione Christiana institueret. Stenkillum istum â suis interfectum ut referunt quidam, Erico Sigursælli non convenit. Sed â relatione auctoris Nostri de Odino, non abhorrent ista tempora, horrendaque illa Gentis Nostræ olim idololatria. Et quamvis Bremensis referat illum in religione Christiana inducenda, operam suam contulisse. In re tamen periculosa, qualis erat Styrbiorni adventus, illum ad veterem religionem & â majoribus suis cultam confugisse, credibile est. Primorum enim Septentrionalium mentes in Odini nomine & cultu ita execatæ fuerunt, ut etiam in historia veteri, Reges aliquando ipsos necatos & consecratos Odino, sæpius legatur. Videatur de Domaldo Snorre pag.* 14. *de Vicaro Gautreks Saga cap.* VI. *Verelii historia lib.* 1. *c.* 4. *Saxo. De Heiderici Socero, quem una cum filio neci dedit gener, Odino gratas victimas vide Hervarar Saga cap.* XI. *De Olao Tretelgiare Cronic. Norrig. quam relationem refutatam vide in Verelii hist. Pat. l.* 2. *cap.* 1. *De Rege Auni Snorro refert, quod Sacrificando novem filios suos, pro quolibet decem vitæ annos ab Odino pactus sit: cui relationi quid tribuendum sit vide Clariss. Olai Rudbek. Atlantic. cap.* VII. *Saxo quoque Grammatic. lib.* X. *Haquinum Jarl quem Norrigiæ Regem falso nominat, qua de re prolixius ad cap.* XV. *auctoris Nostri differendum mihi est, duos filios ut victoriam contra Haral-*

Haraldum reportaret, Diis immolasse refert; quod & aliter factum, ex aucto- re Nostro probabo. De divortio Erici cum Segrida, Saxo, Stephanius. &c. tacent. Similiter Johannes Magnus, Petrajus, Loccenius, qui etiam Ericum Sigursælli & Ahrsælli, duos Sveo-Gothicos Reges faciunt; cum tamen idem qui Sigursælli etiam Ahrsælli & Stenkil dictus fuerit, ut bene ex veterum monumentis observavit Olaus Verelius Hist. Sveo-Goth. lib. 2. cap. 2 & in no- tis ad Hervarar Saga in fine. Cui accedit Messenius Scondiæ suæ Illustratæ tomo primo pag. 329. Ubi sequentia habet, quæ vacillantem & falsam aliorum ad- sertionem satis emendant. Anno DCCCCLXXXVI. Ericus Victoriosus, Segersæll â Poppone candentis ferri illæsâ tactione, ad Christianam religionem conversus, appellatus fuit Stenkill. h.e. lustratus, item Arsæll ab annonæ ubertate. Quæ cognominum varietas Sveciæ Chro- nographis, binos hoc loco Ericos comminiscendi ansam præbuit. *Apud primum citatos Ericus quoque Sigursæll, Erici Vederhatts filius dicitur, cum Erici Victoriosi pater fuerit Biorno. vide Snorronem pag* 54. Ubi Biorns Sö- ner voro Erich den Seirsalige og Olof Styrbiorns fadir. *h.e. Bior- nonis filii fuerunt Ericus Victoriosus & Olaus Styrbiorni pater; cui relatio- ni accedit Olafs Saga cap.* XV *& Tab. Cronol. Clariss. Olai Rudbek. Erico Olai. lib.* 1. *Ericus Abrsell, qui & Stenkill ibidem nominatur, pater dicitur Olai Skautkonungs, qui non alius erat quam Ericus Sigursall. Videatur No- ster, Olafs Digres Saga, Snorro Sturla, Messenius, Olaus Petri &c. Olaus item Verelius, qui illum Stenkill ob illam causam quam memorat Messenius, nominatum, negat in notis ad Hervarar Saga pag.* 189. *vide etiam additā- menta ad Hervarar Saga pag.* 23. *De divortio inter illum & Segridam non dubito, postea enim Audunam virginem pulcherrimam, filiam Haquini Nor- rigiæ comitis Ericus in uxorem duxit, deditque Segridæ imperium Gothicum. Noster cap.* 2. *&* 18. *Quare etiam procos illo vivente vidit Segrida, quæ de re Noster, Olai Crassi historia ac Snorro.*

Hun var Storrad] *De fastu & magnanimitate Segridæ Storradæ, vide- ri potest Olai Crassi historia, major cum contractiori, Noster, Snorro Sturla, Olai Verelii Hist. SveoGoth. In quibus etiam legitur, sicut in nostro auctore cap.* 28. *Illam Reges duos, Haraldum Granske Norrigiæ, patrem Olai Crassi, & Visivaldum Russiæ, injecto tectu sub quibus illos exceperat igne, consumpsis- se; quod sibi impares, nuptias suas ambire ausi fuissent. Verba Reginæ super- bissima cum incendium summa corripuisset, ejusmodi exstant in Historiis Olai Crassi, si probe memini; usus enim manuscriptorum jam non conceditur:* Sva skal eg leida Smakongar at bidia min. *h. e. Sic pertæsos faciam par- varum ditionum Reges, me in matrimonium expetere. vide Nostrum cap.* XXVIII.

&

& LVIII. *Ubi Svenonem Tiugeskegg Daniæ Regem secundum maritum, sic alloquuta perhibetur:* Fyri þui mantu leing litill Kongur vera, at þu vilt sva vera: Enn ef þu vildir vera Kongr, eptir þuisem frændur þinir hafa verit, þa myndir þu ey þola þessa skom oc Svivirding, oc med sannu segi ec þier, ef þu vilt vera slikt litilmenni, at þu þorir ey at hefna slks, þa skal ek gera varn skilnad, oc vil ek aldrei vera hier. *b. e Ideo Rex parvi æstimatus diu manebis, inquit Sigrida; quia ad majora non adspiras, Sed si imperium ejusmodi quale habuerunt cognati tui, obtinere volueris, hanc ignominiam & tui contemptum non perferres; & certe hoc adsevero: si tam parvi animi esse volueris, ut ejusmodi vindicare non audeas, â te quam primum discedam, hic enim nequaquam remanebo: videantur sequentia, uti & præsens caput cum* LVIII.

þat vorn laug i landi] *In Legum codicibus, quos à majoribus traditos complures adhuc servamus, hanc Legem nusquam reperias: quod uxor defuncto marito, etiam tumulo sepulchrali statim conderetur. Sed cum Ericus* Sigursæll, Ahrsæll *vel* Stenkill, *imperium SveoGothicum illo tempore habuerit, quo Christiana pietatis radii Ethnicissimi tenebras dissipare cœperunt, hanc legem ex vetustissimis adhuc mansisse, & cum temporis deinde aliquo decursu antiquatam esse, illamque Segridam Storradam, quæ ethnicam superstitionem ad vitæ finem servaverat, vano metu expavisse credibile est. Locus hic egregius, & tam ob ritum antiquum sepeliendi, quam ipsa tempora quibus hic viguerat, notatu dignus. Et vel hic unicus locus, Gothos aut Gethas Thraciam incolentes, easdem leges, mores & patriam; Septentrionem Nostrum habuisse monstrat. De sepeliendi hoc apud Thracas ritu, sic Pomponius Mela. lib. 2. cap. 2.* Ne fœminis quidem segnis est animus. Super mortuorum virorum corpora interfici simulque sepeliri, votum eximium habent: & quia plures singulis nuptæ sunt, cujus id sit decus, apud judicaturos magno certamine affectant: moribus datur estque lætum maxime, cum in hoc contenditur vincere. *Huic similis est Herodotus lib. V cap. V. de Gethis & Thracibus.* Atqui supra Crestonas incolunt, ista agunt: singuli plures uxores habent, quorum ubi quis decessit, disceptatio magna fit inter uxores, acri amicorum circa hanc rem judicio, quænam dilecta fuerit â marito præcipue. Quæ talis judicata est & hunc honorem adepta, ea â viris & mulieribus exornata ad tumulum â suo propinquissimo mactatur, unaque cum viro humatur, ceteris uxoribus id sibi pro ingenti calamitate ducentibus ac lugentibus: Nam id eis summo dedecori datur. Reliquis Thracibus, &c. *Vide quoque hac eadem in Aubano lib. 3. cap. 5. De Herulorum uxoribus sic Procopius lib. 2. de rebus Gothicis.* Herulo autem viro defuncto, necesse erat uxorem quæ virtutis

 exitii-

existimationem consequi, gloriamque apud posteros relinquere vellet, laqueo apud viri sepulchrum, non longe post vitam finire. Quæ hæc facere recusaret, hanc ignominiæ nota manebat, & â mariti propinqvis infestatio. *His accedit Solinus. cap. 16. de Thracibus: sed de rogo non de sepultura loquitur.* Uxorum se numero viri jactant, & honoris loco ducunt multiplex conjugium. Quæ fœminæ tenaces sunt pudicitiæ, defunctorum insiliunt conjugum rogos, & quod maximum insigne ducunt castitatis, præcipites in flammas eunt. *Vide cap. IV. ubi paria de Indorum uxoribus. Cicero autem Tusculanarum quæst. lib. V. cap. XXVII.* Mulieres vero in India cum est cujusvis earum vir mortuus, in certamen judiciumque veniunt quam plurimum ille dilexerit, plures enim singulis solent esse nuptæ. Quæ est victrix ea læta prosequentibus suis, una cum viro in rogum imponitur: illa victa mœsta discedit. *De Tartaris Neuhoff descript. Sinæ cap* XVIII. Ihre toten vorbrennen sie vle die Indianer / auff hohen holtzhauffen alsso daß sie dero Weiber / Knechte / pherde und vaffen / vo eß furnemen personen seyn die dergleichen gehabet mit hin auffwerffen. *De Indis videatur quoque Mandelsloo in* seyne Ost-Indianische reis beschribung. *Et Propertius lib. 3. El. 12.*

Fœlix Eois lex funeris una maritis,
Quos aurora suis rubra colorat equis.
Namque ubi mortiferæ jacta est fax ultima lecto,
Uxorum fusis stat pia turba comis;
Et certamen habent leti, quæ viva sequatur
Conjugium: pudor est non licuisse mori:
Ardent victrices, & flammæ pectora præbent,
Imponuntq; suis ora perusta maritis.

De Indis item Strabo l. 15. Ait Aristobulus se audivisse apud quosdam, uxores quoque sponte cum viris comburi. Quæ id recusent inglorias esse. *De Nostrorum cum Indis commerciis & cognatione etiam in notis ad Thorsteins Saga pauca monui, quod argumentum pluribus probavit Clariss. Rudbeck in Atlantica sua, quare nec mirum quod moribus & institutis etiam inter se convenerint. Cicero Solinus, Propertius, Strabo, Neuhoff, de crematione uxorum cum defunctis maritis agunt. Cæsar vero de Bello Gallico. lib* VI *& Tacitus de moribus Germanorum, dicunt animalia & res pretiosissimas igni cum defunctis injectas, quo nomine num ne uxores etiam intellectæ fuerunt, alii judicent; illam tamen quam maxime dilexerat maritus, selectam fuisse, modo citati memorant. Herodotus, Mela, Procopius; quorum testimonia primo loco sollicitavi, de combustione nihil meminerunt, sed de delectu saltem præstantissimæ & sepulturæ*

cum

cum marito, quod & facit Herodotus lib. V. *cap* VIII. *Sed ibi ambigua est relatio ipsius.* Prolato triduum cadavere, mactatisque omnifariis hostiis convivantur, illudque defletum prius, deinde combustum sepeliunt, aut aliter humo contegunt. *Nota aut aliter humo contegunt. Noster de combustione, ne verbo quidem meminit: dicit enim*; þad voru laug i laudi ad konu skildi setia i haug hia honum. *i. e. Vi legis uxor debebat mortuo marito, tumulo sepulchrali, una cum illo condi Sed de crematione mortuorum affirmanda, confidentior quam par erat, fuisse videtur Cluverius lib.* I. *cap* LIII. *Germ. Antiq. ubi cum verba Diodori Siculi ex lib.* V. *adduxisset hæc.* In funeratione mortuorum quidam epistolas, propinquis defuncti inscriptas in rogum conjiciunt, quæ ab iis legantur; *Suam censuram addit:* Hæc nempe Diodorus de omnium pariter funeratione, sine ullo discrimine, sine exceptione, sine humationis mentione, scribit. Sed morem hunc cremandi mortuorum corpora, non modo universis Celtis Nostris per Illyricum, Germaniam, Galliam, Hispaniam, Britannicasque insulas; verum toti terrarum orbi fuisse communem, veteres ubique testantur historiæ. Nuncque in extero simul orbe, meridionalibusque Nostri orbis partibus esse vulgarem, vulgo notum est. Paucæ quædam antiquitus nationes ab eo fuerunt alienæ. Ut Hebræi, Chaldæi, Persæ, Derbices & Troglodytarum, Meroitarumque ac Thracum nonnulli; qui omnes corpora defunctorum humabant, &c. *Recte post firmam assertionem de crematione; non apud omnes gentes crematos confitetur. Vide tamen mox eodem capite.* Sed ad Nostram Gentem revertor. Verba igitur Taciti prædicta, in hanc intelligenda sunt mentem: scilicet omnium pariter mortuorum apud Germanos corpora fuisse cremata: Sed sine ambitione & pompa vulgaribus lignis. *&c. &c. Sveo-Gothos etiam inter suos populares semper memorat Cluverius: Sed id quam bene, monumenta Nostra omnia indicant. Elegans de Illo verißimumque videtur Nobilißimi Grotii judicium prolegom. ad Procopium.* Apparet hinc supra omnium quas legimus Historiarum memoriam scandens Regnorum Svediæ Norvegiæque antiquitas, benè observata Germaniæ descriptori; cujus ego diligentiam & eruditionem sic laudo, ut audaciam tamen, spernentis sæpe sine ullo firmo satis argumento codicum auctoritatem, consensumque vetustatis, & acceptas ab ultimis seculis famas, multaque fingentis ex inanibus valde conjecturis nec probaverim unquam, nec sim probaturus. Quod semel mihi de illo, qui plurimis contradicendo necessitatem nobis ut ipsi contradiceremus in posuit præfandum censui, gratiam cæteroqui ei pro labore, ubi neque studiis neque invidia ab-

 reptus

reptus fuit, liberaliter paratus reddere. *&c. Apud Persas mortuos non crematos ut Cluverius refert, Cyri temporibus exemplo est sepultura Atardatis & Panth. dequa Xenoph. lib. 6. de institut. Cyri ubi refertur illos ornamentis indutos, & monumentum ingens excitatum columnamque positam, in qua viri & mulieris inscripta nomina literis Syriacis: boves vero in honorem mortuorum mactatos. Odorum suffitum & alias ceremonias apud Hebraos usitatas fuisse una cum combustione aliqua legitur 2. Chronic. cap. XVI. De Asa.* Quem sepeliverunt in sepulcris ejus, quæ foderat sibi in Civitate Davidis; deponentes eum in cubili quod impleverant aromaticis speciebus paratas ungventario opere: & combusserunt ei ustionem odorum perquam maximam. *versio Junii & Tremellii.*

Snorro ab Odino tertio cremationis ritum illatum, ipsumque Odinum crematum meminit vide pag. 6. & 7. de Vanlando autem, Brendu þeir hann sidan vid áá Þa er Skytáá kallast: og þar reistu þeir upp hans Sigursteina. *h. e. Cremarunt illum dein ad Scythiarum amnem* (Stuttunge Ään *in Sveonia prope Upsalam*) *inque memoriam ejus, triumphales, aut sepulchrales lapides erexerunt. De Domaro pag. 13*, Hand blef dödd udi Upsal oc brend pa Förisvald, ved ááback an: der standes hans grafstene. *i. e. Upsala mortuus est & in campis Fyris valdensibus ad amnem crematus, ubi erecti ipsi sepulchrales lapides. De Rege Auni pag. 15.* Kong Agni blef brend der som Agnefit er kallat, *h. e. Rex Agni crematus est ad Agnefit pag. autem 10. Ingonem Frey non crematum adparet nec Friggam, videatur etiam Husafeldens. Post Regis Agni tempora nec crematos aliquos reperio; de Rege enim Yngvi, qui regnavit circiter annum Christi 170. Snorro pag. 16. refert:* Oc blef begrafen i en höig paa Fyrisvold, *i. e. Tumulo in campis Fyrisvaldensibus illatus est. Dehinc neminem crematum legas, nam de Haquino qui semimortuus de pugna, se ipsum una cum navi sua, altum petens igne consumsit, huc referri non possunt; Sed ut Ingo Frey & Frigga non cremati, ita etiam nullus post Agni tempora: Snorro pag. 12.* Sidan dödde Kong Agni oc blef lagd i en höig hoos Upsal. *h. e. Dein diem obiit Rex Auni & tumulo prope Upsalam illatus est. Paria de Egillo Agni filio. pag. 21. De Adelo pag. 13. Snorro*, Blef hann lagd i en höig hoos Upsal. *h. e. Tumulo prope Upsalam illatus est, pag 24. De rege Ingevaro.* Han blef slagen i Eistland oc ligger der begrafven i en höig ved strandbreddan. *h e. in Estonia occisus est & in tumulo ad litus sepultus. Hæc de Sveoniæ Regibus post Odini tertii tempora: de Norrigis jam sequitur. De Rege Bele & Thorstano Fridthiofs Saga cap. 1. De Haraldo Huitbeen Husafeldens.* Hann vard födtdauder à Totum oc fluttur til Vestfold grafin i einum haug.

udi

vid Skerings å. *h. e. Morbo exstinctus est, indeque deportatus ad Vestfold, in tumulo quodam sepultus est prope amnem Skerings. De Eystano Snoro pag. 31.* Hand druknede der, de togo hans lijg op igen oc giorde hanem en höig der ved stranden oc begrafe hanem der. *h. e. In aquis ibi suffocatus est, unde funus extulerunt sui, & ad litus sepeliverunt, tumulumque illi excitarunt. De Haquino ejusdem Regni regulo Husafeld.* Þeir toku hans liik upp oc giordu hann eirn haug vid strandena, og grofu han þar á eyrinne vid Borre, sem Vondlo eda Vadle er kallad. *h. e. Funus ipsius sustulerunt compofuerùntque ipsi tumulum circa litus, & sepeliverunt apud Borre, in loco qui Vandlo sive Vadle nominatur. De Haldano Snorro pag. 38.* Oc blefve dhe saa forenede, at de skiffte hans lijg i fyre parter: hofedet blef begrafvit vid Steine paa Ringerijge, oc en stor höig giort der ofvir: oc de andre tre parter blefve förde til Hedemoik, Raumarige oc Vestfold, oc en part begrafven paa huert sted, oc store höye öfvergiorde, oc blefe alle Kallade Halldans höye. *h. e. Ita inter illos convenerat, ut reliquias illius in quatvor dividerent partes. Ad Steinum in Ringarijkensi provincia caput conditum est; superque illud magnus tumulus excitatus, reliquæ partes in Hedmarkiam, Romarikiam, Vestfoldiam delatæ sunt, & super illas magni tumuli congesti, qui Haldani tumuli dicti sunt pag. 60.* Biorn var begrafin i einum haug vid Sæm, sem ennu kallast Farmans haugr, hia þeim akri sem heitir Farmans akur. *h. e. Biorno in tumulo conditus est ad Sæm, qui nunc dictus est perigrinatoris tumulus, prope agrum qui nominatur peregrinatoris ager. pag. 76. quædam adduntur, ubi utraque tempora, tam cremationis quam tumulandi memorantur.* Nu vide vij icke om vij ære frij, eller du vil gióre ofs til træle igen, met en ny list oc underlig paafund, at vij skulde forlade den tro som vore forfædre hafve haft for off, bade udi Brenneold oc udi höje-old, oc hafa de værit megit ypperligere end vij ere, oc hafver denne samme tro hiolpit ofs her til dags. *&c. i. e. Nescimus an libertas aliqua nobis amplius relicta sit, vel an servituti Nos iterum subdere velis, novo quodam & suspicioso commento, ut relictâ religionem quam patres Nostri cremationis & tumulorum tempore observarunt, relinquamus: fuerunt majores Nostri nobis præstantiores, fidesque quam habemus, nobis in hunc usque diem profuit. &c. pag. 83.* Kong Hagen lod tage alle deris skibe som igen blefve liggendis, oc drage dennom paa landit; oc lagde Egil Ulffærk i itt af dennom, oc alle de andre som slagne vore i de andre skibe, oc lod bære dennom fulde med sten oc grud, oc giorde store höie der ófver, oc opreiste höje stene hoos Egils graf, som sta-

 der.

der denne dag. *h. e. Omnes illas naves quæ supererant, Haquinus Adalstein colligi jussit, inque terram trahi; Egillumque Ulfserk navi cuidam imposuit, & ceteros occisos aliis navibus; totas naves lapidibus & sabulo implevit, & dein magnos superingessit tumulos, lapidesque altos ad Egilli sepulchrum erexit; qui ibi adhuc remanent. Olofs Saga cap. 7. versio Jonæ Rugmans.* Ett åhr ther effter blef Harald Hårfager dödh på Rogeland wijd Högasund / hwarest hann blef satter uthi en hög. *h. e. Sequenti anno diem obiit Haraldus pulchricomus in Rogelandia ad Haugasund, ubi tumulo impositus est. Eodem cap. apud Eund.* Fello þar badir Sigrodr oc Olafr oc er þar haugur huoria tueggia þeira à breckoni sem þeir lagu fallnir. *h. e. Sigrodus & Olaus occubuerunt ibi ambo, inque ripa ubi occubuerant, amborum tumulus visitur p. 15. de Rege Haquino Adalstein idem auctor.* Hakon blef daudir pa Hakons hellu þar sem hann var fauddir oc sattir i haug pa Sackhem. *h. e. Haquinus diem obijt in Hakons hella, ubi etiam natus erat, & in Sackhem tumulo illatus est. Snorronis loca primo citata, cremationem ab Odino tertio institutam fuisse, sed non multos præter ipsum crematos, meminerunt.*

Cremationem autem veteris instituti non fuisse, *Plinius hist. Nat. lib.* VII. *cap.* LVII. *existimat. De quo tamen â Gutherio de jure manium lib.* I. *cap.* XXVI. *reprehenditur. Numa enim Leges &* XII. *Tabulas contrarium probare dicit Gutherius, quia Numa rogo vinum infundere prohibuerit, & decem viri mortuum in urbe sepeliri. Hic Plinium recte non reprehendi existimo. Veteris enim instituti fuit, teste Servio ad* VI. *lib. Æneid.* Apud majores omnes homines in suis domibus sepelire, unde ortum est ut lares colerentur in ædibus. *Isidorus Orig. lib. 15. cap. 11.* Sepulchrum â sepulto dictum est, prius autem in domo sua quisque sepeliebatur. *Et lege licet* XII. *tabularum vetitum in urbe sepeliri, quod de rogo accipi non potest. Fabritius tamen in foro, Poplicola & Posthumius, Triumphales imperatores ac vestales virgines sepulta: Et Trajani ossa in civitatem illata ac humata. Spartani quoque quibus magna cum Nostris necessitudo & cognatio intercesserat,* Suos secundum Deorum ædes sepeliverunt, *quemadmodum Sveones ad trium Deorum in Upsala veteri. In Cornelia familia apud Romanos, Sylla primus crematus est, ultima sua voluntate; metuebat scilicet ne idem sibi accideret, quod is Marji reliquiis fecerat. vide Gutherium de Jure manium & Kirknerum de Funeribus.*

Singula hæc ut melius conciliari possint, operæ pretium videtur de sepultura veterum, tam ante Erici victoriosi tempora, quam tempore illo quo imperaverat, paucis inquirere. De sepultura veterum Septentrionalium in notis ad Gautreks S. g cap. XVI *memorabilia observata leguntur. Cum tumulus iste sepulchralis, de quo ibid. legitur ad prædium Broby effoderetur, quia prædii*

istius

istius partem ex donatione Reginæ Christinæ tum possidebam, in effodiendo tumulo isto, operam quoque meam adhibebam. Et fuere in fundo tumuli ossa humana adhuc cum cranio integra, situ tamen friabilia. Dein quatvor substructiones erant, & ejusmodi ac in fundo, in medio ac in summo duas urnas & capita humana invenimus, illa tamen minora illo quod in fundo erat, & cum illis nulla ossa integra, sed cineres & carbones quercinos, ut persuaderi facile possim, Crania illa in medio & supremo posita, feralibus rogis consumptis, seminusta permansisse, & cum reliquis cineribus tumulata: Non tamen ut plane negaverim in eadem familia quosdam iisdem temporibus crematos, quosdam aliter terræ mandatos. Cranium tamen quod in fundo jacebat, illis superius jacentibus integrius adparebat, & ossa humana etiam integra ei adfuerunt, sed confusa jacebant, ut sedili quodam mortuum impositum fuisse (quo de ritu mox pauca memorabuntur) conjicere facile sit; de aliorum animalium ossibus, hic nihil quidquam referre possum, non enim adparebant. Primo igitur post diluvium tempore; terræ mandata & quidem simpliciter corpora humana ut sentiam, litera sacra & profana docent. Postquam autem in Septentrionem immigrarunt Majores Nostri, & Odinus secundus huc devenisset ex Asia; mores primos mutatos, credibile est Quid ergo statuendum sit de prima illa Brobyensi sepultura, jam in quæstionem venit? Primordia Gentis Nostræ & prima incolatus tempora â diluvio cepisse, constans scriptorum auctoritas Nobis svadet, & Odini primi tempora ad annum Mundi 2100. incidisse, Chronologi volunt. Vide Clariss. Olai Rudbecks scripta. Primum igitur & simplicissimum illum sepeliendi ritum, hic primo viguisse existimo, quo ad primorum parentum placitum, terræ magnæ matris gremio, mortui sine aliqua crematione, tradebantur: Sed quo ordine, dicere non satis possum: quod autem ossa confusa jacebant in Brobyensi illo tumulo, in modo positam sententiam me impulit. Referunt quidem deinde tria tempora, Snorro & Olafs Saga. Snorronis verba adducere queo, historiarum Olai parum integre; exemplaria enim quæ hic in patria sunt, una cum manuscriptis meis mihi jam abreptis, ab ejusmodi custodibus habentur; qui illis neque ipsi uti noverunt, neque saltem mihi aliquem eorum usum, in Patria commoda concedunt. Snorronis verba ejusmodi sunt in præfatione ad hist. ejus. Enn förste Old kalladis Brunaold, thi de brende de som dödde oc satte stora stene pa steden som det skedde, til en ihugkommelse. Men effter at Kong Froer blef begrafven udi en höig ved Upsal, da giorde sijden mange förneme Hoffdinger sig höye, at begrofe sine venner deri, oc satte store stene der hoos til en amindelse, som de kallade bautastene. Mens det var en Konning udi Danmark som hede Dan den mykilaäte, hand lod giore sig en höi

af

af jord ok befol sine mænd, at nær hand var død skulde de bere hans legom i samme høy, med Kongl ornamenter, beste Klæder, rysting, sin egen hest, oc monge andre Kostelige oc dyrbare beprydelser. *&c.* Der efter begyntis den anden alder udi Danmark, som de kalde Haugeold. Mens de Norske oc Svenske hulde enda lang tijd der effter Brendeolden ved lige, bade Herrerne oc den gemene mand *h.e. Prima ætas nominabatur Brunaold, quoniam mortuos omnes cremebant, & magnos lapides in loco ubi id fiebat, in memoriam demortui erexerunt, quos sepulchrales lapides nominaverunt. Sed erat unus Rex Daniæ qui dicebatur Dan potens (superbus) is sibi parari fecit tumulum de terra, suisque indixit cum mortuus esset reliquias ejus in tumulo conderent, Regiis ornamentis decoratas, vestimentis optimis & armatura, proprio equo & multis aliis pretiosis rebus. &c. Post hanc altera ætas in Dania incipiebat, quam tumulorum adpellabant. Norrigi vero & Sveones, adhuc diu necrocaustias tempora servarunt, tam proceres quam plebei. Olofs Saga autem in proemio:* Annat kvædi orti Eivinder skaldaspiller. *&c.* Sagt er þar fra dauda huars þeira oc legstad. Enn fyrsta olld var su, er alla dauda menn skyldi brenna: enn sijdan hofsk haugs olld, voru þa allir rijkis menn i hauga lagdir; enn all alþyda grafen i jord, þa er menn voru daudir: oc setter eptir bauta steina til minnis. *h. e. Aliud quoque carmen Eivindus Skaldaspillir orsus est. &c. dicitur inibi de morte cujuslibet & loco ubi sepultus est. Prima ætas hæc fuit cum mortui omnes cremabantur; inde cœpit tumulorum ætas, qua potentiores omnes tumulis illati, plebs vero post mortem in terra sepulta: superpositis ad memoriam lapidibus. Hic an vera de Sveonibus â Snorrone Sturlæsonio, & an vera in historia Olai Crassi hoc loco referantur, mox videbimus. Tempora autem quæ â Snorrone & Olofs Saga memorantur; tria notari possunt: licet utraque historia, non præter duo tantum, indigitare videatur. Sed cum illa post Christiana sacra illata scripta, veteres illo tempore ritus ab iis parum accurate observatos, existimari potest. Nam si recte consideres veterum ceremonias, tria hinc tempora colliges, & benè si advertere nolueris; unum saltem erit. Cremationes enim tumuli aggestione factas Snorro dicit, & tumulo impositum lapidem, cujus indicia haud pauca exstant, & Snorro ipse quoque testis est. sed an lapides semper impositi sint, inibi quidem non facile est adserere. Inveniuntur enim in patria Nostra vel mille sepultura vetusta, carentes tumulis & sepulchralibus lapidibus, septa solum ordine paucorum lapidum; interdum rotundo, interdum oblongo, & illo quidem oblongo 20. aliquando ulnarum spatium, æquante, aut superante; in quorum sepimento urna etiam interdum reperiuntur:*

riuntur: his longiora ejusmodi sepimenta, apud Vormium describuntur in monumentorum libris & additamentis. Lapides runici ingenti numero in campis & agris Sveo-Gothicis, ipsis ethnicissimi & Christianis etiam temporibus erecti, sed sine tumulo aliquo, & pauci cum aliorum lapidum sepimento. Collibus sepulchralibus paucis adsunt lapides Runici; loca tamen in quibusdam observantur, ubi in summo positi fuerunt; unde dein avecti, templorum fundamentis ac portis, & ad alios usus domesticos, postquam illata sunt Christiana sacra, positi. Quosdam tumulos etiam videbis, ubi nullum indicium adparebit lapidis ejusmodi. Quæ saltem indicare volebam ad Snorronis istam relationem, ubi ad omnes tumulos, sepulchralia monumenta posita fuisse memorat. Utrum ætates istæ, quas meminit Snorro & Olafs Saga hoc semper habuerint, in Dania & Norrigia (cui opinioni nec accedo) ut cremationi tumulus adjectus fuerit: videatur Vormius in Monumentorum libris. Quarta omnimodo ætas erit apud Nostros, qua levi terræ aggestione, lapidum solum sepimento, mortuorum reliquiæ circumsepta & custodita fuerunt, ne è terra hostili aratro effoderentur. Stephanius in notis ad Saxonem ex Vormii monumentorum cap. VII. *Tria quoque sepeliendi tempora recenset, quæ ab his sunt diversa: verba Stephanii pag* 90. *exstant in hunc modum: primum* Roisold, *alterum* Haugsold; *tertium* Christendomsold. *Nomini Roisold error aliquis subesse videtur. A Snorrone & Olofs Saga sanè non nominatur; & Nostris* Stenrysia *hodierno etiam tempore, dicitur acervus congestorum lapidum, quales tumuli alias in lingva veteri* Dysiur *nominantur, h. e. tumultuaria opera congesti super sceleratos. vide Grettlam. cap.* XVII. *Non tamen ut planè negaverim illud* Roisold, *tempus illud fuisse, quo lapidum solum sepimento cineres custoditi.* Haugsold *tumulorum est ætas; quales etiam post Christiana illata sacra factos constat, uti & tumulis illatos quosdam: lapides quoque in quibusdam tumulis erectos, veterum monumenta lapidea Runis exarata restantur, è quibus videre etiam possis, maritum in sylvis vel monte aliquo, uxorem in cæmiterio, more Christiano sepultam; qualem sepulturam Odino non placere dicunt. Vide Notas ad Hervarar Saga & lapides runicos. &c. Tempora quoque illa quæ à Snorrone & Olofs Saga nominantur & nomina temporum, an ordine recensita sint, mihi dubium esse ante dixi, & dubitandi magnam ansam exhibet beatus vitricus meus Olaus Verelius, in quibusdam notis suis pag.* 11. *Quare jam videndum, quid hac de re veterum monumenta suppeditare possint. Odinum itaque secundum, qui Moisis tempore exstiterat, post suum adventum ad Boreales, longe post prima incolatus tempora, cremationem instituisse existimo Odinum autem tertium, insignem veteratorem & magum, qui Sveoniam post Christum natum intravit, priorum illorum origines, actiones & nomen sibi arrogasse, ex*

Edda Snorronis docemur. Cremandi itaque ritus ab illo reductus iterum, qui tempore intermedio neglectus fuerat; sed paucos admodum crematos Snorronis loca quæ citavi, monstrant. Ut hos statuam, tumulus quoque iste sepulchralis, quem ad Broby ipsemet effodi persvadet. Iste enim tumulus singularem mihi suam antiquitatem commendat, & sic quidem, ut primam in illo tumulatio-nem statim postquam Sveonia inhabitari ceperat, factam existimem; cæteras vero intermedio illo tempore inter Odinum secundum & tertii adventum Anno Mundi 3700. Snorro enim & Olofs Saga, paucos crematos post Odini tertii tempora tradiderunt, sed omnes tumulis illatos. Et post Christiana introducta sacra, quod Biornonis tempore, accidit; quis crematus est? De Erici Si-gursalli temporibus quæ inciderunt in annum Christi 950. indicantibus Cro-nologis; vide Clariss. Rudbeckii Tab. Cronolog. usurpat auctor hac verba: Settia i haug: *h. e. Tumulo inferri; quod etiam longe ante illa tempo-ra factum, citata Snorronis loca monstrant. Fiebat autem id eodem mo-do, quem de Dan ex Snorrone prius citavi. De Hreggvidi Russiæ Regis, ejus-modi quoque tumulo videri potest Gaungu Hrolfs Saga De patruo Olai Crassi Olao Digerben Olafs Saga hinn mi.ne* Vil eg ad haugur se gior eptir mik, oc se eg á stol settir med aullum Kongs bunade oc dyrligum gripum. *h. e. Tumulum volo mihi facietis & me sedili quodam imponatis, omnibus regiis ornamentis & pretiosis cimeliis ornatum Exstiterat hic Erici Victoriosi tempo-re; filium enim ejus Haraldum Granske, patrem Olai Crassi igne consumsit Segrida Storrada, uxor antea Erici victoriosi, qua de re in antecedenti nota. De tumulo Kari annosi in insula Norrigiæ Armansð Grettla cap. 16. quem tumulum hoc modo describit.* Reis-Gretter upp og kemer til bonda, þa voru til reda grafstolin. Bonde for til haugsins med Grette. Grettr brytr haugin, og var at mikil virkur, og láter ei fyrr enn hann var kominn at vidnum. Var þa álidin dágr, sidan reif hann upp viduna. Audun latte hann i haugin at ganga. Grettcr bad hann at geima festar; enn eg mun forvitnaz huat hier er. Byr Grettr ng þa i haugin: var þar myrt og þeigi þefgott, Leitast hann þar fyri hversu hættad var. Hann fann þar hest̃beni, hann fann þar stolbrudi, og sa at madr sat á sto: li; sa hann þar fie mikit i gulle og silfre. Gretter tok þat se allt og bar til festi: Er hann geck utar eptir hauginum, var gripit til hans, helldr sterkliga: let hann þa laust seit og snerist i moti. Tokust þeir oþyrmiliga; geck nu upp allt þat er fyri var; sotte haugbuin med kappe. Grettr for undan leingi, og þar kemr at Grettr sier at hanum munne ecke giora at hlifazt vid. Sparer nu huorgi annan. Færast þeir nu þangat er mest voru hestabeinen, Kiptuzt þeir þar umleingi, og foro

foro ymſer á Kne; enn ſuo lauk at haugbuin, fell á bak aptir, oc vard af þui dykur mikill: þa hliòp Audun fra feſter halldinu, og ætladi att Gretter mundi daudr. *&c. h. e. Ibat Gretterus pervenitque ad colonum. Fodiends inſtrumenta parata erant: Colonus Grettero comes fiebat. Gretterus tumulum fregit: erat ibi lignorum magna ſtrues, nec deſtitit Gretterus priusquam ad tabulata perveniret. Jam lux deceſſerat, dein tabulata levabat. Audunus (colonus) illum â tumulo intrando dehortabatur. Ut funem â quo deſcenderet ſervaret, viciſſim rogabat Gretterus, ſcire inquiens aveo, quid hic ſit. Cum tumulum intraſſet, tenebræ ibi erant maximæ & peſſimus fœtor. Ut ſe res ibi haberent inquirere cœpit. Oſſa vero equina invenit & cadaver ſedili impoſitum, adhac vaſa argentea & aurea. Bona iſta omnia Gretterus collegit & funi alligavit: Quando autem è tumulo exiturus erat, fortiter retractus eſt. Res iſtas tum miſſas fecit, pugnamque aggreſſus, luctam acrem incipiebat. Fiebat vero acerrimus congreſſus, omniaque obvia frangebantur, tumuli enim dominus nihil quidquam remiſit. Gretterus diu ſibi cavebat, ultimo autem nullum effugium videns, reſumptis viribus, luctam iterum aggreſſus eſt. Illuc jam pervenerunt ubi oſſa equina coacervata erant. Hic diu luctati ſunt, inque genua alter alterum torſit, poſtremo tumuli dominus ſupinus cadebat, unde maximus fragor. Funem jam reliquit Audunus, Gretterum mortuum ratus. &c. Hujusmodi tumulus quoque deſcribitur apud Saxonem lib. v. in vita Frotonis, de Aſvito & Aſmundo: ubi Aſvitum tumulatum cum cane, equo & comite fideliſſimo Asmundo, legitur. Karus annoſus de quo Grettla, non longe â tempore illo quo Ericus victorioſus, vixerat. Ad imperium enim Norrigicum hoc ipſo tempore pervenit Olaus Craſſus. vide Grettl. c. 35. & 37. ubi Gretterus illum inviſit quod cognati eſſent, ſed ob varia ſua delicta non receptus eſt. Singula quæ protuli, reliquias mortuorum illo tempore non crematas indicant & ut ante dixi, poſt Auni tempora nullum potentem virum, apud Snorronem crematum invenies. Noſter cap. XXXIX & LIV. ubi mortuum ſe ſimulavit Hyringus & â fratre Thorgeiro tumulo illatus fuit, ac poſtea quaſi de mortuis reſuſcitatus contraxit exercitum, & Gudriodo Erici Blodòx filio, qui Regnum Olai Tryggvi filii ambiebat, nihil metuenti ſupervenit: domumque in qua erat, una cum ipſo Gudriodo igne conſumſit. Tumulandi iſte mos, quem metuebat Segrida ſatis gravis videri poterat divortii cauſa; his autem temporibus leviſſimis ſæpe de cauſis aut nullis, maritos multæ deſerunt ſuos, deque aliis nuptiis cogitant.*

Med Kongi var Ragnvaldur ſon Hakonar Gambla) *Filialem pietatem Regio imperio cui ſuberat, prævalere oſtendit Ragnvaldus: Patrique ſuo periculum quod ipſi imminebat ab Haquino Sigurdi filio, Regis ſocero, nuntiavit. Quod ni feciſſet, inopinanti & nihil hoſtile metuenti, injurias inferre potuiſ-*

set Haquinus Sigurdi. Fuit hic Ragnvaldus, Regi affinitate conjunctus, ut sub illa larva licentiam sibi aliquam sumpsisse, videri possit. Sed tempore dein alio, ni prudentia & pactis Ingeborgæ, filiæ Olai Skaut Konungs, iræ patris exemptus fuisset, gravem pœnam subiisset. Olao enim Skautkonung regnante, quia filiæ cognatus esset, summo studio laboravit ut illa Olao Crasso Norrigiæ Regi nuberet. Quod cum per patrem non succederet, tradidit alteram filiam Olai Skaut-Konungs nomine Astrijd, verum impari matrimonio natam. Ob quam causam iram Olai nec effugisset, nisi Ingebiorga Jarislevo Russorum Regi, filio Valdemari, de quo Noster cap. 3. tradita, pacta illi pacem singulari industria â patre suo fuisset, & illum secum in Russiam duxisset; ubi consensu Jarislevi; Aldejoburgi dominus factus est.

Let Hakon vopnast þriuhundrud manna] *Hic locus potentiam Haquini annosi Vestro-Gothiæ Comitis indicat, quod trecentos armaverit.* oc voro þeir allir hans heima menn. *h.e. & omnes domestici illius erant. Addit quædam de potentia illius Ericus Victoriosus, hoc eodem capite.* Sagda eg þier ædr, at avaxtalaus mundi verda ferdin, þott þu leitadir eptir þinum lut vid Hakon Gamla; þui & markari er hann off, i morgum lutum, og skamt er sidan hann bar meira lut i vorum vidskiptum, þa er vit þreittum ockar mal: *h.e. prius Tibi dixi, iter Tuum infructuosum fore, si quid commodi apud Haquinum annosum assequi cogitares, potentior enim quam Nos multis modis existit, nec dudum est quod Nobis prævaleret, cum inter Nos contenderemus.*

Er afleid Jolmanadur, oc þeir dagar er su veislu hafdi standit]. *De verbi* Jol *vel* Jul *origine & significatione, à viris Doctissimis, varie disceptatum est; Consultiss. Loccenius in Antiquitatibus Sveo Goth. lib. 1. c. v. Clariss. Cellius in Comput. Ecclesiast. cap. v. Clariss. Olaus Rudbeck Atlanticæ parte prima pag. 122. 123. 124. & 698. â rota hoc nomen deductum volunt, & conversione Solis; Sed cum beatus vitricus meus Olaus Verelius, illorum sententiæ contrarius fuerit, in Notis ad Hervóræ Saga & alibi; argumentis haud obscuris monstrare nitens: quod maximum quidem festum Jol fuerit; in quo sacrificia facta & commessationes l ta, sed Februario mense, quare â Jola Jala h.e. consabulari deductum, una cum Nobilissimo Stiernhielmio censuit; & in præsentis auctoris Nostri cap. 3. ac 7. Snorrone Sturl-son pag. 74. Olafs digres Saga cap. 144. Sturlaug Starvesammas cap. 7. 8. & 27 festum Jal* (Veitzlu) *h.e. convivium tantum nominetur. De quo non solum in Olofs Saga, sed etiam Husafeldensis Chronico, in vita Haquini Adalsteins, quædam leguntur, hoc sensu:* Hakon Kung var vel Christinn þa hann kom til Noregs. En af þui allt landzfolkid var hedit, og heldu þeir helltu i landinu blo-

tum.

eum og skurgoda dyrkan uppi. Enn Kongr barsti mikils folks vid, og huars mans godvillia og vinattu, þa tok hann sier þad råd ad hann hiellt sin Christendom heimugliga fyri sig, þo band hann og i lög leiddi, menn skuldu halda Jola hatid á þeim samma tijma sem Christner menn hielldu hana Og skilldi huar mader hafa so mikid ól sem brugga mætti af einum mælir malltz, eda beta firi þad, og halda heilagt medan Jolin stódu yfir. *h. e. Rex Haquinus benè in Christiana pietate edoctus erat cum in Norrigiam veniret, sed quia omnes ibi Ethnici erant, & præcipui sacrificia Dijs Gentilibus offerrent, eosque colerent; Rex vero plurimorum auxilio indigeret, favoreque & amicitia omnium; hoc sibi consilii sumpsit, ut is Christianam pietatem occulte coleret. Juxta tamen præcepit, legeque sancivit, ut subditi ejus* Jolensem *festivitatem, illo ipso tempore quo Christiani celebrarent; quo tempore unusquisque tantum cerevisiæ haberet, quantum concoqui posset ex uno hordei modio, aut mulcta obnoxius esset, festivitatemque* Jolensem *sacram haberent. Hæc omnia confiteor suspensum me habuerunt, cui adsertioni potissimum accederem. Sed cum ad omnes festivitates, veterum moris fuerit, peractis sacrificiis;* Jola, Jala, *consabulari & convivia in honorem Deorum parare qua de re Virgilius Æneid. lib. 8.*

Rex Evandrus ait: Non hæc sólemnia nobis,
Hos ex more dapes, hanc tanti nominis aram:
Vana superstitio, veterumve ignara Deorum
Imposuit, sævis hospes Trojane periclis
Servati facimus, meritosque novamus honores.

Et Tacitus de moribus Germanorum. Læti tunc dies, festa loca: quemcunque hospitio dignantur; non bella ineunt, non arma sumunt, clausum omne ferrum, pax & quies tantum nota, tunc tantum amata: donec idem Sacerdos satiatam conversatione mortalium Deam, templo reddat. *Quæ de festivitate magna illa* Jul *loquutus videri potest, cum Sol redierit, lætitiamque veteres, tunc majorem solito præ se tulerunt; pacemque impense coluerunt. Omnem autem mihi dubitationem de verbo* Jul *sustulit Claviss. Olaus Rudbeck; hoc argumentum, ut omnia sua, singulari industria & labore magno tractans, in altera parte Atlanticæ; rationibus Mathematicu monstrans, temporu anticipationem; multisque bonorum scriptorum testimoniis Lectorem suum certum reddens, â conversione Solis festum hoc nomen sortitum. Opto ipsi longos dies & faustam firmamq; valetudinem, ut feliciter possit adhuc plura in Patria Nostra commoda elaborare. Spes indubitata est, nullum facile solidis argumentis, labores ipsius qui maximi fuerunt, merito reprehensurum, quin potius magnas ipsi gratias unusquisq; ubiquitatu amans debeat; quod tot antiqua,*

 Cimeâ-

Cimeriis quasi tenebris sepulta, labore maximo in lucem protraxerit, mythologias multas explicaverit, omniaque illa, nullius lucri studio, nec ambitione aliqua; sed magnis suis impensis, & ut patria Nostra solum commodis inserviret. Unde ipsi magnum nomen apud posteros & nunquam moritura laus, famaque manebit. Quantum autem populares, ipsius, una cum aliis ipsi debeant; Illis quos de meliori luto finxit Titan, ignotum esse non potest: alteri vero suis fruantur delitiis, carpendo bonos & ingenuos, quod majoris illis ipsis tortura semper erit, quam ut generosus animus aliquid ex illorum malignitate, detrimenti & incommodi capere vel pati queat.

Svivirding ef hin velli Þræll vinner hanum neyss] *Quantum contumelias despectorum hominum vitaverint veteres, hic locus indicat. Perpetuam enim sibi igneminiam orituram, ex injuria quam posset ipsi inferre servus Haquini Aunosi, existimaverat Haquinus Sigurdi filius, quare cedere maluit quam cum illo rixari.* Est autem infima conditio servorum *Cicero lib.* 4. *Officiorum. Et* contumeliam humilitas facilius intelligit, dignitas gravius. *Quint. Declamat.* 9. Habet quendam aculeum contumelia, quem pati pudentes ac viri boni difficillime possunt. *Cicero in Verrem act.* 2.

CAP. IV.

Hier skildist Olafr vit modr sina, oc var hun sidan seld land af landi] *Infortunium Astæ matris Olai Tryggvasonii, quo captiva abducta, & in plurimis terris serva vendita, finem aliquando cœpisse, refert Snorro Sturlæsonius pag.* 148. *Ubi à Lodone potente Norrigia viro in libertatem redempta hoc pacto, ut cum illo conjugium iniret. Cui nupta suscepit Thorkillum Nefia; qui dein Olao fidelem semper operam exhibuit, & duas filias qui Thorgeyro & Hyringo in matrimonium data. De Thorgeyri & Hyringi fide in Olaum, cum Gudriodus Erici Blodöx filius regnum Olai, magno exercitu appeteret, videatur auctoris Nostri cap.* LIV. *Adfuerunt etiam illi Olao in funesto illo prælio; inter illum & Olaum Skautkonung Sveoniæ Regem, Svenonem Tiugeskegg & Ericum Jarl, qua de re cap.* LXIX.

CAP. V.

Hann var ecki annaudug edur Þræll] *Distingvit hic auctor inter* Annaudug *&* Þræll. *Vide de Servitute apud Sveo Gothos, notas ad Gautreks Saga. cap.* 2. *pag.* 19. *ubi has de re elegans & prolixus discursus.*

Giarnan vilda eg leittur verda hiedan, ef fostbroder min væri leister] *Hoc semper sibi proprium habuisse generosas mentes, ut sodales suos quam jejuvatos*

vatos maluerint: Exempla plurima in Nostris historiis exstant antiquis. Et cum Plauto auctore

In servitute expetunt multa iniqua

Habendum & ferendum hoc onus est cum labore. *Olaus qui favorem apud dominum suum summum obtinuit; de se parum sollicitus, fratri adoptivo prospicere voluit.*

Þad voru laug i landi] *Lege vetitam fuisse Regiæ prolis alieni Regni educationem in Russia, inscio Rege, hoc loco adparet: Quod & prudenter factum videtur. Regi enim & Regno exitiosa ejusmodi educatio, juxta proverbium:* Periculosum est leonis catulos in domo educere.

Reiddi Olafr oxina og hogger à halsin] *Puerilem nondum egressus ætatem Olaus* IX. *scilicet annos tantum natus, quare præter ætatem & acerrimum hunc fuisse illum adparet, quo unico inimici sui caput securi decussit: Inque Legum præjudicium ejusmodi vindictam exercitam censendum. Sed refert Snorro, nisi Regina Russiæ, Alogia, illi pacem precata fuisset; illum nec pœnam effugere potuisse: sed parum in tota hac relatione auctor Noster & Snorro conveniunt: videturque ex Nostro, illum nondum in Alogiæ notitiam hoc tempore pervenisse; & quidquid fecerit, id potentia avunculi sui Sigurdi confisum, fecisse. De aliis quibusdam quorum facta præter ætatem perpetrata videntur, in notis ad Thorsteins Saga cap. 3. indicavi. Arngrimus autem in discursu ad versus Pontanum pag 34. De quodam Herjulpho Suinhufud, sequentia refert:* Ille jam tantum octennis, ursum qui è grege capratum, unam forte discerpserat, stravisse perhibetur; & jam duodecennis, indignam patris cædem ultus esse; multaque alia facinora patrasse; & fortitudinis documenta reliquisse posteris. *Fuit hic quoque in Norrigia natus.*

Hamingior nockor gaufugs mans] *Notabilis est locus auctoris, referens vatum Russiæ divinationem de Olao Tryggvasonio, ejusque splendore & futura fortuna. De ejusmodi Divinatione pauca protuli in notis ad Thorsteins Saga cap. 3. quæ videat Lector si ita libuerit.* Hamingia *fortunam alias significat, hoc autem loco genium benevolum. Quare Olaus in primam expeditionem proficiscens, dicit hoc eodem capite Valdemaro Russorum Regi.* Vil eg þar til niota ydvarar gipto oc sialfs mins hamingio. *h. e. Experiri volo tuam fortunam & meum proprium genium. Vel Tuis auspiciis & meo ductu rem experiar.*

CAP. VI.

Olafr hafdi aldrig blotat Skurdgod] *Indicat hic locus Olaum nunquam coluisse Deos paganos: vide Nostrum ubique; qui tamen semper hac de re contra*

contrariam habent relationem Snorro & Saxo Grammaticus. Fuerat autem Olaus in Christianis sacris pulcherrime institutus, antequam Cæsari Ottoni suppetias ferret, adversus Regem Haraldum & Haquinum Jarl. vide auctorem Nostrum cap. XI. Sed a Snorrone refertur; illum omne studium contulisse, quo Christianam pietatem & ceremonias addisceret, postquam Pepponem à ferri candentu lasione, vidisset immunem fuisse: Quod contra Nostrum & Snorronem ac Husafeldens. refert Saxo, regnante Svenone accidisse. Sed quare is devicto patre Haraldo Sven Otto in baptismi lavacro dictus, vel quu credat Olaumab Ottone, religiosissimo Imperatore in sodalitium & armorum societatem adsumptum fuisse; Christianis sacris prius non imbutum? Quod & testatur Noster cap. IX. X. & XI. adeo ut totus relationis ordo Saxonis & Snorronis hac de re perversus sit, & omnibus Olai actionibus inconveniens. De Olao Crasso in illius historia cap. 208. adparet, illum cum pugna Stikelstadensis instaret, ubi & occubuit, noluisse militia sua adscribere Gauketborum & Afarfastum, fortissimos viros, quia in Christiana pietate instituti non essent. Saluti sua consuluit Gauketborus, Afarfastus discessit. Religiosissimorum scilicet imperatorum non erat, superstitioni ethnicæ addictos, in sodolatio habere.

Cap. VII.

Dar sem Germania heitir] *Germanos à Sveo-Gothis ortos, & scriptis & Tabulis Geographicis probavit Clariss.* Olaus Rudbeck. *Hic de Germaniæ provincia Vinlandia, loquitur auctor: Hodie dicitur illa Venden & Vandalia, in qua munitissimum olim fortalitium Jomsborg, prope locum ubi jam Vollinum; situm fuit. Vinlandiæ nomen à Bartholomao Anglico & quibusdam aliis, Finlandiæ perperam tribuitur: Nostris enim non adsvetum more hodierno Germanorum, V. in F. convertere & pronunciare. Incolas hujus provinciæ, maximis laudibus præsenti capite effert Noster, quod nec immerito factum existimo.*

Cap. VIII.

Jombsborg] *Julinum hic memoratur, memoratissimorum piratarum Jobsvicensium olim domicilium; Vandalorum emporium,* Hodie aquis submersum haud longe â civitate Pomeraniæ Wollinum dicta: *ubi quondam non una gens, receptaculum suum habuerat; sed referente Munstero Cosmograph. lib. 3. ibi* Rutheni, Dani, Sorabi, Saxones & Vandali, suos vicos & plateas incolebant. *Et Davide Chytræo proem. in metropolim suam.* Emporium

rium fuit totius Europæ, post Constantinopolim, ut referunt longe celeberrimum, tantæ potentiæ ut potentissimum Danorum Regem Svenonem primum, ter bello superatum, captumque exolutis lytris, nihil Daniæ potentiam extimescens, impavide dimiserit. Populositatem vel multitudinem civium ac incolarum, viginti duo millia civium capita, ubi ab Ottone Bambergensi Episcopo Anno 1124. Baptizata declarant. Neque vero Julinum una tantum gens, sed diversarum nationum populi, discretæ lingvæ, religionis & fidei homines, inhabitaverunt & mercaturam exercuerunt. Winiti, Winni, Heneti, Sveones, Slavi, Vandali, Dani, Sveci, Cambrivii, Circipani, Judæi, Gentiles, Pagani, Rutheni, Græca fide utentes & similes aliæ gentes complures, promiscue ibi inveniebantur. Quibus omnibus & singulis ibidem negotiandi æqua erat potestas; & salvus dabatur conductus: solis Christianis, sub interdicto pœnæ mortis exclusis, & singulæ gentes suas distinctas plateas inhabitaverunt, quibus & nomina á se indidere. Sclavi, Vandali, Winethi, Svenones, Rutheni, primarii inter eos perhibentur, plerique omnes polygami homines, alioqui honestis moribus, servientes quisque idolis suis. *Tantum ex Chytræo adscripsisse satis existimo: qui scire amat veteris Julini magnitudinem, circumferentiam & situm: quantumque hodierno tempore ibidem existens civitas Wollinum, Sveonico Imperio jam subjecta, à priori illo Jambsborg dicta, differat; adire poterit citatum Chythræi locum; ubi hac de re & de Diis à Julinensibus cultis, elegans & locuplex descriptio; lectuque maxime digna exstat. Populorum tamen qui hic memorantur, quosdam ignoro; subiitque conjectura; nomina ista parum integre adposita esse. De Svenone Daniæ Rege quæ referuntur, emendata vide in Notis ad cap.* XXX. *Si Julinum ab* Olao *Tryggvasonio expugnatum fuit, ut dicit Noster auctor; credibile est tunc exiguam civitatem fuisse. Illo tempore scilicet cum castellum illorum Olaus Tryggvasonius, ab illis deceptus intrasset. Olaum autem totam civitatem destruxisse, juxta refert auctor. Post expeditionem Olai Tryggvasonii, quanta fuerit civitas Julinum, ex pugna illorum cum Haquino Jarl Norrigense constat: Quam famosissimam & acerrimam fuisse, præter Nostrum Saxo, Snorro, Husafeldensis & Olofs Saga indicant: si modo fuerat Julinum vel Jombsborg, quod illius civium fraude deceptus introierat* Olaus: *dubitat ipse auctor, & majorem dubitandi facultatem præbet expeditio Illorum contra Haquinum Jarl, quæ illo tempore maxima fuit. Vide citatos, Saxonemque in perversâ sua relatione. Horum tamen relationi consentiens est magnitudo urbis â Chytræo memorata. Videatur quoque Stephanius ad Saxonem & verba illa*: Julinum nobilissimum illius provinciæ oppidum.

CAP. XI.

Lagdu nidr Skirnar klædin] *Christianis sacris institutos & baptisatos, singularibus vestibus usos ad tempus aliquod, præsens locus indicat; quod apud alios non reperi. Albas istas fuisse autumo. De quorundam sacrorum ordinum vestimentis, videri potest Aubanus lib. 2. cap. 12. Ubi tamen omnes religiosorum, olim & nunc usitatas, memorari credo. Quorum è numero etiam fuisse illas, quibus Olaus & comites illius, lustrationis tempore induti fuerunt, existimo.*

Ætla nu at heria á Vikinga oc ransmenn] *De prisco illo more in piratico exercitio, prima juventutu rudimenta deponendi, quædam ad Thorsteins Saga pag. 105. Notavi, quæ indidem videri possunt.*

CAP. XII.

Otto Keisari] *De Ottonis expeditione contra Danos ut Christo nomen darent, satis elegans est auctoris Nostri relatio; cujus partem & quantum necessum erat ad cap.* XVI. *Thorstani historiæ in Notis meis citavi, leviterque Saxonem, Vormium, Stephanium &c. perstrinxi. Et decennium elapsum est postquam simplicem, innocuum, ac ob omnem relationem suam, benemeritum auctorem Historiæ Thorstani Vikingi filii, typographo exscribendum tradidi: Nec repertus est quisquam toto illo tempore, qui convitiis historiam illam proscinderet; quin & laudem plurimi Clarissimi, Doctissimique viri tribuerent. Sed nuper quidam in vicinia, nomine Thomas Bartholinus; quasi de veterno exsuscitatus, non solum Auctorem ipsum: nihil ejusmodi promeritum, mendacii arguit, & Historiæ illius* omnes significationes, historiam nullatenus exprimere: *Quare illam nimis proterve & absurde*, putidissimam quantacunque est fabulam *nominat; & in fine litigii sui;* insulsam fabulam & putridam historiam. *&c. Me quoque singulari verborum acerbitate & calumniis excipit & impetit, quod* anili commento illustrando bonas horas impenderim, & calumnijs texendis omnes vires *intenderim: Notisque meis historiam illam polire studuerim*, editas nugas inventuras fidem credens, si integritatem modo Danicorum scriptorum ac historiam illorum, lacerare ac evertere possem: *Obicit dein*, defuisse vires malevolæ intentioni, & limatam cognitionem historiarum Borealium, præsertim Danicarum. *&c. Cum multis aliis ab impotenti animo effusis calumniis ac dicteriis. Veterem illum versum Terentiani Mauri, verissimum animadverto.*

Pro captu Lectoris; habent sua fata libelli.

Sed

Sed meam forsan culpam solum luit, innocentissimus scriptor; videtisque Bartholine ad hæc convitia, hancque verborum acerbitatem, ab aliis instigatus & persuasus accessisse; quod tamen ejusmodi viro qualis tu videri cupis; parum honestum ac conducibile. Certe utut sit, quid scriptum Tuum præter calumnias & convitia in me, innocentissimumque Historiæ Thorstani scriptorem contineat; dum hæc scribo, videre non licuit: & an unquam contingat, nescius sum, parvique pendo: si enim totum ejusmodi est, quale de me & Thorstens Saga vidi: bonas horas sanè perdidisti. Ea enim sola amicus quidam, miseratus indignam mihi sortem meam excerpsit, mihiq; cum morbo gravarer perdifficilimo, domi meæ attulit; retulitq; Clariss. Olaum Rubeck, & viros beatos Clarissimosq; olim, Nobiliss. Grotium, Stefferum, Buræum Verelimque, Tuas calumnias & castigationes importunas neque effugisse: quod & mihi solatio fuit: homines siquidem bonos, sinceros & veritatis amantes, ex illo Tuo infelici carpendi pruritu ac voluptate; tanto clarius animadversuros novi, quo ingenio sis præditus, quaque infirmitate causa Tua laboret. Monstra quæso Bartholine, si potis es; quibus relationibus auctor Historiæ Thorstani reprehendendum aliquod tale commiserit, qualia Saxo Grammaticus & plures alii populares tui, tam antiqui quam recentiores habent; vel quid reliqui Septentrionales Scriptores, in veterum magia memoranda & alia quæ ad illa tempora, vel posteriora pertinent, paria & majora non referant! Enumerare & indigitare innumera scriptorum veterum loca, quæ Historiæ Thorstani in omnibus conveniunt possem, si in re apertissima & prius à me non neglecta, id necessum existimarem. Saxone certe Tuo omnibus numeris integrior, existit Historia Thorstani, Tu enim contrarium non menstrabis, si veritati maneat suus honos ac fides. Carpendi initium & finem à relatione historiæ Thorstani sumpsisti, quod illa referat Sindrem pygmæum, nomine vocatum auxilio venisse. In illo unico calumniæ Tuæ incipiunt, in eodem desinunt. Et cum nihil præterea proferas, quod Tibi ita obfuerit irritaveritque; quis non videt Te sola animi impotentia ad illas cavillationes abreptum esse; Non enim ignorare potes Bartholine, alios præter auctorem historiæ Thorstani & Ulfs Uggasonar, ejusmodi referentes: Hialmpters & Sturlaugi Starfesammas cum plurimis aliis citare possem, sed illas duas Tibi nominare parum interest, cum Sveo-Gothica partim tractent, quæ omnia Te mendacii condemnaturum certus sum. Legitur interim in primo nominata cap 10. *de* Vargeysa; Skinhufa *cap.* 9. *&* 19 *item* Yma *cap.* 13. *& in altera Sturlaugi scilicet, de* Torflia *&* Hildur, *seu* Brynhildur, *cap.* 16. *&* 18. *auxilia ferendi, parem sibi promptitudinem adferentes, qualem Sindre profitetur: de aliis apud plurimos scriptores, multoties haud disparia leguntur. Videatur Bardi Saga, ubi refertur, Einarum & Ingialdum, diversis temporibus male constitutos;*

 Bar-

Bardi *auxilium flagitasse, obtinuisse. In Gunari Kieldungnubs Fiss Saugarb* Gunnarus Folæ *mulieris, maga summa præsentiam sensisse perhibetur, quoties ut sibi opitularetur, expetere necessum haberet. Apud Eddam & Snorronem legitur* Odinum & Thoronem, *invocantibus nunquam defuisse. Paria de Vagnofto, apud Saxonem. In Nostro & altera Historia actorum Olai Trygguasonii, Haquinus Norrigiæ Comes* Thorgerdam Horgabrud, *Sacrificato filio suo obstrinxit; venitque non solum ipsa, sed & soror illius* Yrpa, *singulis qui bello huic inerant visibiles. Quare si historiam Thorstani, calumniandi studium Tibi saltim defuisset; Saxonis quoq; Tui nullo modo oblitus fuisses, in Notis enim meis ad cap. 22. ubi Sindre Disas suas (genios vel Deos Deasque) Thorstano semper adfuturos promittit; Saxonis quoque auctoritate usus sum ex lib. 5. de* Erici *noverca, pari modo sollicitata ac Sindre pygmæus. &c. quæ quidem Tibi vera visa existimo, quia Saxo falsa, scilicet, referre nescius, retulit; quare Tibi nec reprehendendus. Sed Toma Bartholine, quo non erupit cavillandi studium Tuum, immemor aut nescius plane effati Apulei Metamorph. lib. 1. ubi de Magia etiam agitur*: Tu vero crassis auribus & obstinato corde, respuis quæ forsan vera perhibentur. Minus hercule calles pravissimis opinionibus, eâ putare mendacia, quæ vel auditu nova vel visu rudia, vel certe supra captum cogitationis ardua videantur. *Stephanii quoque moniti proleg. ad Saxonem Te minus observantem video, quod tamen de antiquis scriptoribus, nequaquam spernendum.* Actum est de præcipuis omnium fere seculorum historicis, si propter paucas narratiunculas fabulosas, historiis variis de causis admixtas, reijciendi sunt ac contemptim & negligenter habendi; *verum ut inculcas ipsemet in Histor. Holgeri (ubi etiam hæc Stephanii jam allata, textui Tuo adscripsisti, suppresso ejus nomine)* Diligenter tenendum est axioma illud historicum: Non omnia quæ Nobis incredibilia, Deo & naturæ sunt impossibilia. *Sed cum contradicendi studio te totum tradidisti, parum de existimatione Tua sollicitus esse debes, verum dicti illius plus. satis memor.* Calumniare audacter ut aliqid hærat. *Te itaque auctore sed falso, nec Thorstanus nec cæteri qui in Historia illa memorantur, unquam exstiterunt; Sed qui fit ergo quod in Gautrici historia, quam post Thorstani scriptam esse, ipsæ relationes indicant cap. 3. nominetur Fridtiofus Frækna, qui Thorstani filius fuit, & Ingiebiorga pulchra Regis Beli filia, quorum mentio in Torstani historia, cap. 25. Filius autem illorum Hunthiofus, patri Fridtiofo in Hordelandiæ Regno successit. cap. 4. Hist. Gautrici acta quædam Regis Hertiofi, filii Hundtiofi recensentur; Hundtiofi mentio fit in Historia Fridtiofi Frækna; quam Te qui in Antiquitatibus versatissimus haberi vis, vidisse arbitror. In historia Sturlaugi Starfesamnas cap. 2. 9. 10. 13. 15.*

21. 22.

21. & 22. filia Thorstani Vefraja, quæ etiam cap. 25. historia Thorstani nominatur; fit & Koli Kroppes mentio in Sturlaugi histor. cap. 6. 9. & 10. ubi vita & actionum finis Koli. Fratris autem ipsius Framari ejusdem historia cap. 11. 12. 13. 16. 18. 21. 24 26 28. Horum meminit etiam historia Thorstani cap 3. Et de gladio Angurvadal: cujus mentio fit in Thorstens Saga cap. 3. Illum solum omnibus Koli Kroppinbakii liberis exitiosum fore; prædicente ipso patre; stabilitur prædictio in Thorstani historia. cap. 4 6. 8. & Sturlaugi Starfesamma cap. IX X. XIII. *Quod hos ut & Haraldum Kesia in historia Thorstani memoratum, quem illa: in: illustrem virum evasisse meminit; vixisse dixi in Notis meis ante Christi Salvatoris nostri natalem, vel circa illa tempora, monstri Tibi instar videtur; Dicisque* Danorum nomen non tam vetustum, Compatriotis meis audire. *Censule si lubet Jordnandem & videbis,* Danos *Tuos tempore illius scriptoris; vel quod idem est, ævo Justinianeo, priscis sedibus suis in Scandinavia adfixos, ne latum quidem ungvem senuisse insularum & Jutia, quæ nunc titulo Regni Daniæ censentur; quo minus meis Popularibus, hactenus ullam controversiam motam putes. Hoc saltem dixi posteriorem Haraldum* Blàtand *& alio nomine* Kesia *dictum, Regem Daniæ, cognomina illa mutuasse ab illis Antiquioribus, qui in Thorstens Saga memorantur, & vixerunt ante Christiana tempora; quibus temporibus imigrationes Danorum in Insulas Sveo Gothorum* Vitaland *(i. e. excubitorum) nec facta erant tanto numero ut Regnum aliquod constituere possent, priusquam* Dan *Sveoniæ ortus, egrederetur cum suis sociis, deque suo nomine Danico Imperio, originem daret ac nomen. Vide Verelii hist. Sveo Goth. lib. 1. cap. 5. & Joh. Christoph. Bern &c Tu autem hic ipsimet popularium tuorum relationes, in dubium, & quidem merito revocasti. cum illi Gentis suæ antiquitatem maximam adstruant; & Tibi ipsi negotium facessis, quam rem expedias utcunque potueris. Mea adsertio quod Thorstanus & Haraldus Kesia,* Biorno *item* Blatand, *prius exstiterint, ex historia Thorstani & ex Sturlaugi histor. capitibus modo citatis & cap. 19. Satis stabilitur, ubi refertur Sturlaugum in Sveoniam venisse temporibus* Ingvi Frey; *qui juxta Chronologos exstitit Anno Mundi 3790. vide Clariss: Rudbekii tab. Geograph. & intercessere anni aliquot inter horum tempora & Sturlaugi, ut adsertio mea Tibi tam vana & absurda, videri non mereatur. Sed quid Tibi Toma Bartholine ejusmodi memoro, cui omnes relationes præter Saxonis & aliorum popularium Tuorum, mendacia & vanitates censentur? Mendacissima amplecteris & ubi mendacii nihil commissum est, illa ut mendacia habes, immemor Lucani Pharsal. lib. IX. dicti*

Invidus annolo famam qui derogat ævo: *ad quæ verba elegantissime Farnabius,* Maligni est fidem Antiquitati derogare; *quod Tibi apprime convenit:*

 Regem:

Regem Haraldum Gormonis *filium exstitisse & Kesia ac* Blatand *dictum, plurimorum auctoritate confirmare studes sollicite: nec ego denegavi illum exstitisse, Regem Daniæ fuisse & cognomina illa habuisse: sed nominatis præcipuis Tuis in illa sententia. &c. addidi, mutuataque illa cognomina ab illis qui prius hoc nomine exstiterunt; me nec absurde affirmasse existimo, illis qui æqua lance rem perpendere noverunt. In hujus autem Haraldi Gormonis memoriam, monumentum Iellingense erectum, dubitari faciunt illa verba,* Han vann Danmorck alla uk Nurvieg. *Norrigiam Nurvieg dictam antiquissimis Septentrionalium scriptoribus, nusquam mihi monstrabis: Daniam autem ut Paternum hæredem, accepisse oportet Haraldum Gormonis filium, mortuo patre Gormone, ut illam sibi subjecisse dici non possit, quod & mihi refers in* Capsa *Cypriani exstare: Et scire nequeo qualem egressionem facies in hoc Tuo scripto, quasque nugas centexis, de Ingebiorga Francorum Regina & Ragnildis posteritate, vel quid hæ ad discursum à Te institutum pertineant. Relatio Tua ex Knitlinga Saga, ubi refertur, postquam Ericus Rex Daniæ excesserat, Haraldum Kesia juxta ordinationem Erici Regis, Regimen Daniæ sumpsisse; De Erico Bono, aperte falsa est. Vide Cronolog. Tab. Clariss. Olai Rudbeck & alios. ubi Ericus post Haraldum ponitur. Quod autem Haraldus in Norrigiam Christianam Religionem intulerit, false quoque adseri, optimorum documentorum fide, satis probabile est. Qualem aliam explicationem hoc loco desideres, cogitare non possum, nec aliam Tibi debeo. Te tamen in annalibus Patriæ Ecclesiasticis, omnia delucidius probaturum spondes,* si Deus vitam in corpore sano concesserit, *mali hoc ominis esse videtur, mentem sanam in corpore sano hic Tibi displicuisse. Obicis præterea me deceptum à codice Stephanii Saxonem insimulasse, quod Haraldum Blatand nominaverit, quia id cognomentum in Parisiensi & primaria editione non exstet. Mihi qui parvi ruris colonus sum, satis superque visum unum exemplar, minus probatarum relationum Saxonis habere, habeoque Stephanii, cujus fidem Te non improbaturum credidi.* Capsam primam, capsam secundam Cypriani, *adire non datur; parumque admodum refert, in re indifferenti ac minutissima. Nam sive Saxo illum Blatand nominaverit vel non, perinde videtur; Stephanii tamen codex hoc nomen ipsi tribuit, & contende Tu cum mortuo Stephanio, quod Saxoni Tuo hac in re injurius exstiterit, quidque hic Tibi eveniat, ipse videas:* cum mortuis enim non nisi larvæ luctantur, *auctore Politiano Epist. 2. lib. 6. Quod Hareckus Blatand ex Oriente venerit, Thorstani Vikingi filii historia perhibet. Quod etiam Haraldus Blatand expeditione in Orientem habita, redierit in Daniam, Saxo Tuus auctor est; Snorro hanc rem ignoravit: Quid ergo hic mecum Tibi rei est? Haraldum Kesia in Thorstani historia memoratum,*

ego

ego una cum suis coetaneis, longe ante Haraldum Gormonis filium exstitisse, ex historiarum documentis Tibi probavi. Haraldum tamen Gormonis, & Blatandum & Kesiam dictum, operose monstras: igitur cum sciam apud vos, imagines illorum qui Daniæ Imperitasse perhibentur, longa serie depictas & ari etiam incisas exstare; si Haraldo Gormonis filio in illis Dens magnus & lividus vel niger, ut ex codice Ecclesia Lundunensis adfers (cum ceruleus diceretur,) adpictus non fuerit; cura diligenter ut omnibus illius, imaginibus adpingatur quam ocissime, ingentemque Kesiam manu tenentem adfinge; ne nomina frustra gerat; nam de illo, quod Vormius refert Kesia nominatum, adsertionem illam sibi non constare, satis ex Notis ad cap. 16. Hist. Thorstani & hic subsequentibus, ac monumentis antiquis liquet. Nobis tamen tam antiqua monumenta polliceri non possumus, qualia Tu vos habere memoras, de Haraldo Gormonis filio, ante mille ducentos scilicet annos exarata; sed in computatione Tua forsan falleris, aliisque ad tam abstrusa credenda persvadere conaris, immemor prorsus Haraldi avum, ad tam longinqua tempora non extendi, videantur Cronolog. & Hist. Septentrional. Danicam historiam ut insimulas, evertere non conatus sum: si autem in illa vel in Patria mea, minus integra observavi & monstravi; nemo ingenuus spero juste culpabit, vitioque mihi vertat. Calumnias ut Tu non texui, quamvis hanc notam mihi etiam inurere coneris: Antiquarii vero officium existimo, vera à falsis quantum fieri potest, secernere & indigitare; quod tam faciam juvante Deo in Sveo-Gothicis, quam aliarum Gentium scriptoribus, ubi res ita exigere videtur. Par studium & Tibi incumbere credo, si antiqua tractare volueris, sed præconcepta opinio quæ Te à vero tramite seducit, id facere non admittit. Inter alias calumnias, mihi minus limatam cognitionem historiæ Danica exprobrasti, immemor peræ quæ post tergum suspensa est. Ego Tibi rerum Sveo-Gothicarum non solum non limatam, sed nullam cognitionem adesse, certis argumentis ex scripto Tuo desumptis, adseverare tuto possum; aut si certe aliqua unquam fuerit, præjudicio perditam, aut voluntate ultronea, oblivioni traditam. Sveones itaque à Danis subactos Snorronis auctoritate mihi obtrudis; mirum quod etiam Saxonis loca non sollicitaveris & Vormii comment. ad monumentum Jellingense, ubi Upsalam de suo addit. Sed Toma Bartholine vidistine Snorronem humana aliquando passum, & adhuc ab interpretibus, multis locis interpolatum, forsan & falsatum? quod tamen Tibi non videri facile credo, pluribus autem locis Clariss. Rudbek in Atlanticis suis, optimis id argumentis, uti & Verelius in suis scriptis, cum aliis probaverunt. Vide Atlant. part. 1. cap 7. Apud Johann. Magn. lib. 8. cap. 6. Reverendiss. Archiepisc. Paulini hist. Arctoa lib. 2. cap. 31. Loccenium lib. 1. Hist. Sveo-Goth. Olaum Petræum, Ericum Olai lib. 1. Jacobum Gisto-

nis

nu &c. & Saxonem quoque Tuum legitur, Haquinum Ringonem: victorem Danorum, Imperasse Sveo-Gothis, tempore illo quo Snorro Aunium asserit. Sed Te mihi objecturum juxta credere possum, Cronicon à Messenio editum, si illud Tibi legisse in animo fuerit, de Auni etiam referre. Conditionem itaque istius Cronici ex sequentibus Verelii verbis, codici illo adscriptis, accipe. Denna efterföllande Cronica, hafwer jag med ett gammalt Manuscripto som hörer Herr Claes Ralamb till confererat, och ibland annat befinner tolf Capitel i Trycket wara innförde/ som intet finnas uthi manuscripto. Nembl. ifrån dhed 4 till dhed 17. hwilka äre af Messenio indragne uthaf Norska Cronican på Danska verterad; ty hann behåller Danska tungemålets idiotismos, såsom dom dennom &c. Hwilka hwarken i Swenskan eller Norskan brukelige ähro. Elliest behåller Manuscriptum mycket af veteris lingvæ genio, hwilket altsammans Messenius wrider inn uppå dhäd sätt nu brukeligit ähr; hwar mäd hann giörer arbetet mißtänkt att wara af honom siälf sammanlappat/ oansedt deß Auctor hafwer lefwat och detta arbetet sammanskrifwit/ uthi Konung Carl Cnutßons första Regements tidh/ hwarest hann lycktar. Förutan det ähra och uthi trycket monga stafwewillor och ordabytningar inkombne/ som låsaren ifrån rätta grunden och meningen förleda. *h. e. Sequens Cronicon cum veteri Manuscripto, ab Excellentiss. Domino Claudio Ralamb possesso, contuli; interque alia observavi, duodecim capita typis excusa, operique infarcinata esse, quæ in manuscripto non exstent, nempe à quarto ad decimum septimum, quæ Messenius addidit ex Cronico Norrigensi in Danicam lingvam translato, retinet enim Danica lingvæ idiotismos, ut* dom dennom *&c. Qui nec in Sveonica vel Norrigica lingva usurpantur. Præter hæc manuscriptum, veteris lingvæ genium satis repræsentat, quæ omnia Messenius in modum jam usitatum torquet, quæ re ipsum scriptum suspectum facit, quasi à se compositum, cum tamen auctor illius vixerit, opusque suum conscripserit, Regis Caroli Canuthi, primo Imperii tempore, ubi etiam finiit. Reperiuntur quoque à Typographo commissi plurimi ethymologici errores & verborum commutationes, qui Lectorem à vero sensu abducere possunt. Ex ipsis locis à Temet adductis de Sveonibus devictis, quid Tua sententia stabiliri poßit, mox videbimus. Nos Sveones Tu cum Tuis; fungos ac stipites existimatis, quibus omnia pro lubidine vestra imponere liceat; & hoc credis esse,* Septentrionales Antiquitates in lucem proferre sine alterius infectatione, ut cuique Populo sua laus constet illibata. *Certe malevolæ vestræ intentioni hoc deesse, nemo non videre potest: quare nugator Hirtzholmius de prærogativa Daniæ & Norrigiæ; magnum lumen antiquitatum Danicarum, cum sibi similibus æstimatur*

tur

A

rur vobis; inque historia Holgeri â Te concinnata citatur; ibidemque adseritur, contra omnem veritatem & aliorum relationem, si qua fides antiquissimis: Nullam expeditionem de Septentrionalibus Regnis factam, nisi ductoribus & antesignanis Danis. pag. enim 29. *hoc modo ineptis*: Non diffitemur in omni fere migratione sociam manum & emissariam convenisse phalangem; ex cunctis Regnis Aquilonaribus, quod & largitur Johannes Lyscander Antiquit. Danicarum serm. 8. Attamen Danos principatum tenuisse, nemo odio atque amicitia vacuus, denegare potest. *His similia sunt quæ Stephanius in dedicatione ad Saxonem habet: ubi summa quoque cum injuria, Sveones piratas & illorum naves myoparonas vocat; suosque obtinuisse de Sveonibus Anno* 1644. *triplicem navalem victoriam nugatur, qua de re pauca ad cap.* LXV. *auctoris præsentis monebo. Quid Pontanus, quid Rosenfontanus, Lyscander, Vormius. &c. in Antiquitates peccaverint â Verelio vitrico meo, quædam emendata in notis ad cap.* 19. *auctoris Nostri videri possunt. His similes alii vestri scriptores, ejusdemque farraginis sunt, paremque observationem merentur, quorum relationes quo loco habendæ sint; nemo ingenuus & sana mentis non videt. In Historia patria â meo Verelio olim concinnata, errores illorum corriguntur sæpius. Ejusmodi scriptoribus immensas tamen laudes tribuitis, adeo ut legentibus nauseam movere possint; audiunt enim in unica saltim historia Holgeri, Vormius vester;* Antiquitatum Septentrionalium vindex & assertor. *pag.* 14. Antiquitatum Danicarum peritissimus. *pag.* 15. Doctissimus. *pag* 17. Magni apud Danos non inis Medicus ac Philologus. *p.* 18. Clarissimus ac fœlicissimus. *Gothicæ lingvæ* restaurator. *pag* 39. Insolita antiquitatis cognitione præditus. *Eadem pag.* Vir excellenti doctrina & incomparabili Antiquitatum Danicarum peritia. *pag.* 46. Celeberrimus. *pag* 58. *Sed in Lingva Gothica restauranda quam fœlix exstiterit, Runographia Verelii monstrat, & multa aliorum qui rem Antiquariam intellexerunt observationes, ad scripta Vormiana, indicant.* Stephanius incomparabilis philologus. *pag.* 17. Clarissimus vir & illustre Patriæ decus & ornamentum. *pag.* 47. Lyscander Clarissimus vir. *pag.* 13. Vellejus de Historia Danica optime meritus. *pag.* 18. *Qui & dicitur pag* 59. Carmina de heroum gestis summo studio collegisse. *Pontanus* vir doctissimus, qui tam exterorum quam Nostratium de rebus gestis Danorum perquisivit documenta. *Plura encomia vestris scriptoribus â vobis ipsis, satis ampla & magnifica tributa, referre nolo, ex his quia satis adparet quantum populares vestri vobis placeant. Sveo Gothos â Danis subactos, duce Haldano Frotonis Fridlame filio, & viginti quinque annos in illos imperium obtentum, mala fide refers, cum Rex â quo victoriam obtinuisse deberetur; nequaquam illo tempore exsti-*

exstiterit. Pari modo Alonem Frakni, quem Snorro Olonem Raski & Saxo Vester Olonem vegetum (quod idem est) nominat, victorem quoque Sveo-Gothorum exstitisse memoras; sed alter illorum, Saxo nempe, historiam Tuam nescivit, qui & lib 8 Olonem Sveo Gothorum Imperio subfuisse meminit. Cumque Tibi deficiant vires plura comminiscendi, his Te subsistere dicis, propter amicitiam qua Reges Septentrionales intercedit. Hanc firmam & diuturnam fore, devotissima mente opto, & conquerendum quod Tu & Tui similes, ita litigia ames, ut veritate omni sepofita, contentiones suscipere, & quidem de lana caprina, dulce habeatis. De Snorrone pauca jam modo monui, cujus scriptum in Danicam lingvam translatum, legi & relegi sapius, beneque jam Nobis quod illius historiam, lingva Islandica in Patriam nuper illatam habeamus, ut imposturas à prima auctoris relatione, in posterum secernere possimus. Tibi memorata pag. 19 extare credo, sed ex illis quæ ibi leguntur, nullum in Sveones Danorum Imperium indicatur, victoriam enim de Auni, qui an unquam exstiterit, dubium Te facit, ut prius indicatum Clariss. Rudbeck in Atlantica, & cum alia etiam Sveo-Gothica scripta quæ modo citavi, ut & Saxo, Haquinum Ring illo tempore Sveo Gothis Imperasse memorent, qui victor Danorum in pugna Bravallica exstitit, quid hac assertione Tua obtinueris, videre non possum. Quod & Tibi in mentem revocare de Olone debeo, qui non Daniæ sed Norrigiæ ortum debebat, quem & Saxo à Sveo-Gothis superatum auctor est: Nostri autem Hringonis Imperio subfuisse, quod nec denegari à Saxone videtur. Et si vera retulisset Snorro, quod hoc loco tamen non fecit, de Regibus illis victoriam illa qualemcumque, non de Gente Sveonica arguerent, est autem aliud prælio vicisse, aliud bello Gentem subegisse. Snorro quoque refert pag. 20. Frotonem Frækni, Sveo-Gothorum Regi suppetias adversus nequissimum servum Tunnonem tulisse, obque illam causam, tributum illi de Sveonia promissum, quam tamen historiam longe aliter referunt Nostri scriptores. Quodque Sveones se Danis nunquam submiserint, idem Snorro ad petitionem Frotonis Frækna, pag. 21. monstrat: Ottar suarade att de Svenske hafde aldrig gifvet Kongen i Danmark skatt, oc ey vilde han det helder gióre *h. e. Respondit Ottarus Sveones tributa Danis nunquam pependisse, nec sibi hoc facere promptum ac volupe; videatur auctor ipse pag. 20. ubi satis notabilia Responso Ottari res gestæ quæ sequuntur, testes satis fideles sunt, qualem submissionem Sveones Danis debuerint vel exhibuerint. Attigi Bartholine pauca ex calumniatorio scripto Tuo; plura recensere & refutare, cum nullius singula ponderis sint, animus meus ab altercationibus semper alienus & quam maxime abhorrens, non admittit; Te autem hæc patienter laturum pro amica dissensione Tua spero. In posterum si quid in publicum dare volueris, moniti à Te mihi dati memor esto:*

Pro-

Profer Septentrionis Antiquitates in lucem sine alterius insectatione; *veritatis magis amans & observans esto; noli scriptis Tuis aliis injurius esse, & inspice melius Antiquitates Sveo-Gothicas, prius quam Te iniquum censorem rerum Nostrarum exhibeas, & insectatorem Regum Regnique Sveo-Gothici, ne in Te recidat illud*: regula quam aliis præscribit, hac non vult ipse teneri: *Ego nondum hactenus migravi, nec reprebendendum aliquid commisi, si aequum nactus fuissem Judicem. Sed adhuc unum addendum: Memoriam Verelii ad confirmandam sententiam, Haraldum Blatand nominatum, mihi in mentem revocasti, cujus alias satis memor; gratias tamen Tibi hac de causa debeo. Vidit scriptum meum Verelius antequam evulgaretur, & qua fuit modestia, nec unquam grave tulit, si quid in aliorum scriptis vidisset, quod suis rectius esset. De illo itaque merito pretulisti*: Illum Borealium Antiquitatum calentem ac strenuum vindicem fuisse, *quare etiam non perperam addidisti*, neminem id inficias ire posse. *Credibile tamen verba ista nolenti Tibi excidisse, cum alias calumniatus fueris & reprebenderis: hoc autem loco tantum ad me redarguendum prolatum, verissimum tamen testimonium, & adversus me egregium prorsus hoc loco factum Tuum; quod me filium â Verelio nominatum memineris. Ne tamen erres vitricus fuit; Patrem habui Ismenium etiam Professorem Upsalensem, se tamen ut patrem semper exhibuit Verelius, obsequenti omni tempore privigno. Et cum scripti istius quo ego filius adpellor, ut recorder monueris; videris fato quodam hanc mihi admonitionem dedisse, juxta enim præsagii illius in illo scripto ut memineris ego monstor sum; prævidit quia Verelius, venturum aliquando Thomam Bartholinum cum sui similibus, de illo itaque & affeclis ipsius; si aliqui ipsi unquam se adjungent, suam sententiam exstare voluit, & quidem ante decennium.* Non te pœniteat Istmen fili, innoxio istoc pabulo animum saturasse, eaque meditatum esse, quæ ingenui Antiquitatum æstimatores, non sunt improbaturi. Tametsi non deerunt qui ærugine, nigræque loliginis succo malam mentem pascentes, ista traducere in lucro habebunt, sed illos suum tandem confundet meritum, Tuosque labores meliorum tuebitur favor; sic confidit Olaus Verelius. *Spesque mibi indubitata est, neminem sinceri animi & rectæ mentis non animadversurum, quam benè hæc Tibi conveniant. Lauream ex hujusmodi amicis contentionibus â Te quæsitam, alios tibi etiam propediem prærepturos, non est quod dubites. Vale, scripsi Tebyæ An. 1690. in Majo.*

Digressionem à proposito facere, Thomas Bartholinus sua dissensione coegit; Jam redeundum ad Ottonis expeditionem: quæ res cum accurato examine indigeat, ut illud inoffenso pede tanto melius instituere possim, præsens auctoris Nostri caput, notis hoc modo ex illis qui hanc rem tradiderunt, illustrabo.

 (a) Ot-

(*a*) Otto Keyſari] *Cæſarem Ottonem, quem Noſter & Theodoricus monachus Nidroſienſis Rufum nominat. alii Ottonem Magnum adpellant. vide Snorronem, Turſellinum, Calvicum, Reverendiſſ. Paulini Archiepiſcopi hiſtoriam Arctoam. Manuſcript. Helgonis ab Huſafelde, quod illum* Otto hin unge *nominat, h. e. Ottonem juvenem.*

(*b*) Enn þa red Harald Gormſon Danmerku] *Gormum hunc Wormum, perperam nominant ſcriptores Germanici, multaque de religione in Daniam illata perperam referunt; ut poſtea monſtrabitur.*

(*c*) Hakon var ſkyldr til fara til lids] *Refertur ab auctore Noſtro hoc loco, Haquinum debuiſſe Haraldo ſuppetias ferre: Et certe cum Noſtrorum & aliorum ſcriptorum relationes perpendo, quale id debitum fuerit, non invenio. Fuit enim Haquinus hic ex proſapia Comitum Ladenſium, qui ex Rege Haraldo pulchricomo deſcendebant, & in Norrigia hereditaria ſua bona habebat: Sed â Gunhilda Erici Blodóx uxore & filiis illius ejectus, apud Sveoniæ Regem tempore aliquo moratus eſt, qua de re quædam antea indicavi, verum in Daniam poſtea venit. Et cum Guldharaldus, partem imperii Danici â Haraldo Patruo ſuo poſtularet: voluntate & petitione Haraldi, illiuſque commodo; Guldharaldum una cum Haraldo Gunhildæ filio; Norrigiæ illo tempore Rege, interemit; & in reconciliationem facti hujus, pactus eſt ſemel auxilium de Norrigia, adverſus inimicos Haraldi Daniæ Regis; Is autem Norrigiam Comitis titulo gubernaret, tributumque penderet: quod tamen nullo debito factum videtur; ſed,* ſimplicitate temporibus quæ viguit illis: *videatur tamen Huſafeldenſis pag.* 11. *Unde pactio hæc nec diu firma ſtetit, ſicut hoc eodem capite refert Noſter & cap* XV. *Ut merito reprehendi debeant, Saxo, Vormius & Stephanius, referentes; Haraldum Ottonem ſuperaſſe: Norrigiam ſibi ſubjeciſſe; & Vormius qui de ſuo quoque addit, illum Upſalam in poteſtatem redegiſſe ſuam, qua de re pauca in Notis ad Thorſteins Saga cap.* XVI. *egi, vide quoque hoc caput lit.* (f) *uſque ad lit.* (g) Et *certe nihil aliud intendiſſe videtur Saxo, quam relatione ſua lib.* X. *male acquiſita laude Gentem ſuam celebrare, utraque Ottonis expeditione in unam redacta: Satiſque mirari nequeo cur Vormius, Stephanius. &c. tam lubenter illius ineptiis acceſſerint: Contra illos ſunt Snorro, præſens auctor & plurimi Germanici ſcriptores. His ſingulis quæ fides habenda, mox oſtendetur.*

(d) Oc þar kiemur at Keiſari leggur á flotta med lid ſitt] *Fugam capiſſe Cæſarem Ottonem primo tempore cum in Daniam veniſſet, ex his verbis manifeſtum eſt, ut Saxo mendacii non planè arguendus ob relationem lib.* X. Simillimum fugæ reditum habuiſſe Ottonem: *vide Snorronem & totum caput auctoris Noſtri â Nobis qualitercunque in Latinam converſum. De lancea*

ab

ob Ottone in undas projecta, præter Nostrum non solum habet Saxo, sed etiam Snorro pag. 122. *& Helgo ab Husafelde. Sed cur illam abjecerit, Saxo non refert: Noster autem, Snorro, & manuscriptum modo citatum; id singulari instituto & cum voto factum; referunt; se scilicet brevi reversurum, & ad Christianam pietatem Daniam conversurum, aut ibi occubiturum. Ex hasta projecta, freto nomen inditum est* Ottesund. *h. e.* Ottonis fretum: *nec votum fuit vanum, post triennium enim (sequenti anno Manuscript. Husafeldense, & alia historia Olai Tryggvasonis referunt) rediens, non solum superior, consilio & auxilio Olai Tryggvasonis exstitit, sed & Haraldus cum Danis fidem Christianam suscipere, ferri igniti à Poppone portati miraculo persuasus. Haquinus quoque Norrigiæ Comes, qui magnopere Christianæ religioni adversabatur, simul se baptismo ablui permisit, sed in fide non diutius perstitit, quam cum domum redeundi veniam obtinuisset; tum enim sacerdotes à Cæsare sibi datos remisit, & in Norrigia fana quæ destruxerant Ottonis duces, illuc missi, reparari curavit. De conversione Haraldi, Daniæque subjectione, prolixus est Consultiss. Conringius, in de finibus imperii Germanici cap.* XIV. *Sed scriptoribus solum Germanicis nititur, quorum relatione in re illis non satis cognita, quantum tribuendum sit, quilibet videre potest. Ab Adami Bremensis cap.* XL. *incipit,* quod Rex Henricus auceps Daniam sit ingressus & Vormum Regem imperata facere mandaverit, adque pacem suppliciter petendam coegerit. *Sed nullus Daniæ Rex nomine* Wormus *exstitit, & nec Gormum, qui pater erat Haraldi superavit Henericus Auceps, neque juxta Ditmari lib.* 1. *relationem, Normannos Henericus vel alius de Cæsaribus: quod Ditmarus tamen Chnutone Daniæ Regnum tenente, factum refert; ut sibi ipsis sint contrarii; quod & benè observavit Consultiss. Conringius. De Danis devictis Luitprandus quoque lib.* 3 *cap.* 13. *nec cæteris felicior Vitekindus, qui Henricum, Daniæ quendam Regem nomine Nubam superasse tradit, cujus errorem quoque agnoscit Consultiss. Conringius pag.* 252. *Sed tamen ait,* De Adami fide nec est quod dubitemus. *Ego certe hac in re dubito: Nam quod Helmoldus cap.* 9. *dicit.* Fines Danorum qui olim fuerunt apud Slesvig, transgressus Otto; *expeditioni Ottonis Nostro memorata convenit, quæ ad Hendricum nihil pertinet. Et verbis Bremensis quæ ibidem adducuntur quæ fides habenda sit, Noster & Snorro satis indicant, veraque Saxonis relatio est, Ottonem* fuga discessisse, *sed prima saltem vice, & post tres annos (vel sequenti ut superius adnotavi) & Olai Tryggvasonis auxilio & consilio superior evasit. Nec erat tam institutum pijssimi Imperatoris, Daniam sibi subjicere, quam Regem & incolas Christo lucrari. Nam quod Episcopos ibi ordinaverit, & quod filius Haraldi in Baptismo Sven Otto dictus*

 fue-

fuerit, inde nulla subjectio argui potest, cum hæc solum ad religionis propagationem pertineant. Veritati quoque minus congruum est quod pag. 167. *refertur, Svenonem habuisse Saxonicam uxorem, cum illa Vandalica fuerit, Burislavi Regis filia nomine Gunhilda, vide Nostrum cap.* XXX. *& Snorronem; Qua mortua Segridam Storradam, antea Sveoniæ Reginam duxit, vide citatos. Cæterum Ditmaro de sui avi auxilio in superando vallo Danavirke memoranti; idem evenit quod aliis quibusdam scriptoribus accidere solet, nempe ut in suorum laudes propensus existat, aliorum virtutem supprimat, & avi sui, nusquam vero Olai meminerit. Sic & Saxo Grammaticus veram causam, quare Haquinus Norrigiæ Comes tributarius Danorum factus sit, & quomodo esse desierit, alto silentio pressit; quam tamen vide in Snorrone & Nostro lit.* (e) *ubi fiducia irruptionis Saxonum, id non factum adparet. Pag. apud Hermann. Conring.* 160. *Ericus Sigursalli refertur, pulso Svenone Tiuffe.kegg, Daniam occupasse; idque vere juxta Nostros etiam Scriptores ita se habuit; sed Ericus perperam nominatur Henricus, nullus enim hoc nomine Sveoniæ unquam imperium obtinuit: nec ab Ottone* 3. *unquam superatus est Ericus Sigursalli ut ibid. ex Adami pag.* 79. *refertur. Et pagina sequenti de Saxonibus, qui postquam è Sveonia exiverunt, nemo ob loca quæ illi insederunt, vel unde egressi sunt, Cæsarum in Borealia Regina imperium, arguere juste potuerit. Sed quid in Germanicorum scriptorum vanis narrationibus recensendis, diutius immorer? sufficit cum Arngrimo adversus Pontanum; qui cum Bremensis relationem de Tule in medium protulisset sentire:* Nostras antiquitates potius quam exoticas sequendas, & peregrinas opiniones domesticis annalibus cedere oportere ac obsoletum iri. *Ab Haraldo Ottonem nihil quidquam amplius postulasse, quam ut religionem Christianam reciperet, vel hoc indicio est; quod Haraldus sibi persvaderi non sustinuit, prius quam ferri igniti à Poppone portati, miraculo permotus fuerit; idque ex Nostro & Snorrone adparet, qui dein referunt illos ad convivium unum venisse & dona invicem distribuisse, summaque cum amicitia discessisse. Canutus Valdemari filius quale obsequium Romanis Cæsaribus præstiterit, in isto Consultiss. Conringii scripto ex Saxonis lib.* 16. *& Arnoldi lib.* 2. *cap.* 2. *hist. Slavorum de expeditione Bogislai Pomerani. adparet. Eodem capite* XIV. *Conringii pag.* 168. *Albertus Abbas Stadensis citatur. Ubi* Valdemarus duo Regna Daniæ & Sveoniæ; *ab Imperatore suscepisse dicitur. Sed maximum hunc errorem videns, in fine capitis sic correxit Conringius.* Obiter coarguendus venit Albertus Stadensis in eo, quod Sveciæ quoque Regnum Valdemarum 1. homagii jure à Cæsare Frederico accepisse referr. Nec enim ille simul Sveciæ Regem egit, & Cæsarum nemo in Sveciam aliquid usque huc tentaverat. Eoque nihil

juris

juris in Regnum illud, vel Valdemarus petere, vel Cæſar dare potuit. *Hac de re quoque Verelius Hiſtor. Sveo-Gothica lib.* I. *cap.* 2. A primis autem Regni (*Sveoniæ*) initiis ad Albertum uſque Mechelburgicum, liberrimis ſuffragiis, indigenam ſibi creavere regem; Quamvis & hic materno ſangvine reges Noſtros contingeret: Nunquam tamen regnum conſecutus fuiſſet, niſi proceres nonnulli â Rege Magno proſcripti, ejuſque odium charitati patriæ anteponentes, fidem ſuam Alberto obſtrinxiſſent. Hinc magna calamitatis ſeries; & non minus perniciofa Margaretæ. Erici & Chriſtopheri, Chriſtierni & Johannis dominatio: cui complementum & finem adiecit ſæva & belluina Chriſtierni ſecundi immanitas. Si qui prius per vim ſe intruſerunt, armis mox dejecti & extra patriæ fines perturbati fuerunt. Ut impudens eorum ſit mendacium, qui Romanos imperatores. Reges Nobis dediſſe comminiſcuntur. Nunquam Romana potentia Septentrionem Noſtrum pervaſit: nunquam majores Noſtri culmen iſtud ſuſpexerunt. Illud vero â Gothis Noſtris concuſſum everſumque, annalium non dubia fides. toti orbi patefecit. *&c. videantur ſi placet ſequentia.*

(*e*) Þeir Haralldr Kongr og Hákon Jarl, lato giora verki myk't er kallat er Danavirki, Þat var giort nulli Slesmuna og Ægisdura] *Hic ſtructura valli Danavirke, Regi Haraldo & Haquino Jarl tribuitur: Fit idem in Snorrone; ſecus ac Saxo, Stephanius, Lindenbrogius, Pontanus, Ericus Pomeranus, Coldingenſis, Conringius, Cypræus. &c. referunt. Qui omnes Tyræ matri Haraldi, Gormonis Uxori, in Anglia ortæ, opus hoc adſcribunt. Vormius tamen lib.* I. *monumentorum Danic. cap.* 8. *examinatis quorundam ſcriptorum falſis relationibus, Noſtro & Snorroni prope accedit; ab Haraldo ædificatum. Cauſam cur ædificatum fuerit, præter Snorronem & Noſtrum, omnes male retulerunt, uti & illud ſubticuerunt (excipe Conringium & Cypræum) quod Ottonis (adde & Olai Tryggvi filii) deſtructum fuerit. Singulis enim primo nominatis, irruptionis & victoriæ Ottonis meminiſſe, diſplicuit. Ipſa quoque deſcriptio valli Danavirke, accuratior in Noſtro & Snorrone quam apud alios exiſtit Poſtquam illud totum conſilio (avum Ditmarus refert) Olai Tryggvaſonii conſumptum fuit; utrum aliquis ante Valdemarum Regem & Abſolonem epiſcopum illud reparaverit, inquirere parvi exiſtimo.*

(f) *Hic qualem Obedientiam Haraldo Haquinus Jarl debebat, ſatis adparet.*

(g) *Nota hic quando Chriſtiana Religio in Norrigiam primum illata ſit. quod ab Haraldo Gormonis filio non eſſe factum, ut ex monumento Jellingenſi vult Vormius, &c. hinc ſatis adparet.*

(h) *Egregia illa Haraldi adverſus Cæſarem, â Saxone Stephanio & Vormio*

mio celebrata fortitudo hic describitur: Dicitur enim Haraldus, postquam iterum rediisset Cæsar Otto, fugam cepisse; sed comitem Haquinum, Haraldo fortiorem exstitisse De difficultate Cæsaris & cibi penuria quoque refertur, utque Olaus auxilio venerit, quæ omnia etiam referuntur â Snorrone. Sed ibi Olaum una cum socero Vinlandiæ Rege Burislao, advenisse memoratur; quod ab Husafeldense etiam refertur, verum id neqvaquam referre novit Noster, vide sequentia hoc eodem capite, ubi de progressu Ottonis & Olai adversus Haraldum. Et credibile est Ottonem Burislaum, qui ethnicus ad vita finem mansit, in armorum societatem, nullo modo recepisse: desiitque hoc tempore affinitas inter Olaum & Burislaum, per mortem filiæ Burislavi Geiræ, qua Olao nupta fuerat; post cujus mortem Olaus in Vinlandia remanere nec voluit, nec potuit. vide Nostrum cap. IX. Sed his contraria refert Snorro pag. 125. dicens Geiram obiisse, postquam Ottoni Olaus adfuisset in expeditione. Quod Ottoni adversus Haraldum Ericus Sigurfelli, qui illo tempore Christianam pietatem receperat, auxilio etiam fuerit, Nostri annales memorant.

(i) Keisari spyr huort hann væri Kristin] *Ex hoc loco & aliis auctoris Nostri, in Christiana pietate institutum fuisse Olaum, idque in Irlandia; longe antequam Ottoni suppetias ferret, satis adparet, contra quam Snorro refert. Videantur quoque sequentia hoc eodem capite, & quæ prius hac de re monui. Olao autem turpem notam inurere conatur Saxo lib. x. pag. 189. dicens illum tota vita sua ethnicis superstitionibus addictum fuisse. Saxonis verba ejusmodi sunt.* Nec minus Norvagia Bernardi ex Anglia profecti saluberrima admonitione profecit. Cujus Regi Olao tanta sumendorum auspiciorum adnotandorumque ominum cura acta est, ut etiam aquarum sacrarum liquore perfusus, cum pariter religiosæ disciplinæ rudimenta sorpsisset: nullo tamen sanctitatis exemplo, nullius auctoritate doctrinæ, quo minus augurum monitus consectaretur, futuraque per pullarios disceret, vetari posset. Itaque sanctitate vacuus, nec nisi inanem ejus umbram complexus, susceptam religionis speciem fucosa superstitione damnabat. *Huic impostura omnes actiones ipsius refragantur, & Saxo hic iterum sibi similis est. Parique ibid. veritate refert de Olao Skaut-Konung, „quod ejusdem Pontificis industria ad Christiana sacra perductus sit & Jacobi „nomine venustatus, morumque profectui decus vocabuli tributum. Sed fuit hoc „nomen filii Olai Skautkonungs, ipsi in baptismo datum: Qui cum deposito patre in Regem Sveoniæ reciperetur, subditorum voluntate hoc nomen mutare debebat, posteaque Anundus dictus. Videatur Olofs Digres Saga & Cronic. Helgonis ab Husafelde. cap. 92.*

(k) ka stod upp á þingino Biscup, sa er med Keysara var, er

Pop-

Poppa het) *Ad Sveonis Haraldi filii tempora hoc Ordalii miraculum certatim referunt scriptores Danici. vide Saxonem lib.* X. *in vita Svenonis. Vorm. Monument. lib.* 1. *cap.* XI. *Stephanii notas ad Saxonem pag* 207. *Sed Nostro convenit Snorro & Cronic. Husafeldens. quorum auctoritate magis sæpe contentus sum, quam aliorum qualibuscunque relationibus. Et Turcellinus epit. histor lib.* VII. *Haraldum religionem Christianam recepisse refert. Ex Nostris quoque annalibus constat in vita Olai Skaut-Konungs.* Sigfridi, Escilli & Davidis, ab Edelrado Angliæ Regem missorum opera, quod is gentilem impietatem penitus delevit, controversiarum decisionem armorum certamine hactenus peractam abrogavit: ferrique candentis tactionem induxit, quod ad firmandam doctrinam ignitum portasset ferrum religionis præco Poppo Anglus. Runas etiam istorum suasu aboleri permisit *&c. Verelius hist. Sveo. Goth. lib.* 2. *cap.* 2. *Synchroni fuerunt Olaus & Sveno, & cum usus ferri candentis, ex Dania in Sveoniam illatus sit, videtur illic ante Svenonis tempora auctoritatem cœpisse. De Ordalio & ejus ceremoniis videri potest Nobiliss.* Stiern-höök *in tractatu de jure vetusto lib.* 1. *cap.* VIII. *Loccenii Antiquitates Sveo-Goth. lib.* 1. *cap.* 4. *Grettla cap.* 27. *Fœdus Edvardi & Gutruni Regum. cap.* IX. Be Ordale oc aþum, *h. e. de Jurejnrando & Ordalio. Leges Æthelstani Regis c.* 8. Be Enfaldum ordale. *h. e de Ordalio simplici.* Be þæm the for Ordale thingiaþ. *h. e. de iis qui pœna Ordalii veniam exorare voluerunt & cap.* XXIII Be thon the Ordaler veddigþ. *h. e. de iis qui se Ordalii sententiam subituros spondent. Leges Edvardi cap.* IX. *de iis qui ad judicium ferri vel aquæ judicati sunt per justitiam Regis.*

(l) Jarlin spyr þa til eins hofs er i var hundrud Guda, og var þat helgat Þor] *Pluralitatem Deorum â majoribus superstitiose cultorum; hic locus indicat. E quibus tamen omnibus Thoroni præsidium attributum, ut ceterorum potentissimo, qua de re Edda copiose differit. cap. autem* L. *Noster*, Oc er Konunger kom, þa beiddist hann at ganga inn, oc sia'ti-þir þeirra. Geck hann þa inn oc hafdi bredóxi i hendi. Blotbiskup þeirra var i gaungu med honum. Oc er þeir kommo inn, sagdi Biskup Kongi hvar huergi þeirra var Gudanna: En Þor var i midio husino, oc hafdi mest yfirlat. Olafr Kongur geck fyri, þar er hann satt, Kongr hóf upp óxina ok rak vit eyra Þor, sua at hann raut á golfit framm. *&c. h. e. Cum advenisset Rex, intrare fanum & sacra illorum videre expetivit: Jam intravit, latam securim manu tenens. Præses sacrificiorum illum comitabatur. Cunque fanum intrasset, nomen cujuslibet Dei ipsi significavit sacrificiorum antistes. Thoro autem in medio domus collocatus erat, ceteris magis ornatus. Rex Olaus ad illum tendens, securim levabat, auriculamque Thori fe-*

 riebat

riebat ut in pavimentum prosterneretur idolum. Hæc eadem historia in Husafel- densis Manusc Hist. Tryggvasonii, paulo aliter relata exstat. Geck Kongur inn med fa sijna menn og nockrer af bændum, allir voro þeir vapnlauser er inn gengu. Kongur hafdi i hendi herfefdi gullbuid (gylltann hammar) enn er þeir Komo i hosit, skorti þar ecki skurgod. Þor var i midiu hofi og var mest tygnader og allur buin gulle og silfre. Kongr hof upp refdit og slo med þor, so ad hann hraut af stallinum og brotnadi. Hlupu þa til Kongsmenn, þeir er inn hófdu gangit og sviptu ofan óllum Godunum á stolunum; enn medan þeir voru inni var Jernskeggi drepinn uti fyri dyrunum af Kongs monnum. *h. e. Rex cum paucis suis & quibusdam colonis domum ingressus, omnes qui introibant sine armis erant; Rex tamen manu malleum deauratum tenebat. Cum autem fanum intrassent, abundabat illud sculptilibus. In medio domus Thoro positus erat, cui & maximum honorem tribuebant. Malleum levabat Rex Thoronemque percussit ut tabulato delaberetur, frangereturque. Accurrebant tum Regis asseclæ, qui una intraverant, omnesque deos prostraverunt; cum illi fano inessent, à reliquis sociis Regis Járnskeggius occisus est extra, domum: Et in eodem Manusc. cap.* 348. Svein bio norder i Þrondheime, audiger og ættstor, hann blotadi heidin God ad sid sinna forelldra, sem i þan tijma giorde folk allt i Noregi. Hafdi Sven hof mickid á bæ sijnum oc buit virduglega, vori þar i morg skurgod. Enn þo tygnade Sveirn þor mest. *h.e. Sveno septentrionalem partem Trondhemensem inhabitabat, dives is erat & clarus parentibus ortus, quorum ad exemplum Diis Ethnicis sacrificabat, qualiter facere omnibus Norrigiæ incolis adsvetum erat. In villa sua maximum habebat Sveno Fanum, quod & splendide ornatum erat. Fano isti plurimi Dii inerant, præ omnibus tamen Sveno reverentiam maximam Thoroni exhibebat. Historiam vide quoque in Sanct. Olofs Saga cap.* 110. *de Torone fracto & prostrato. Quod Thoronis potentia non acquieverint veteres, quin plures adscirent, apud Nostrum &c. cap.* 17. *de Haquino Jarl legitur.* Jarl var þa fyri á Ladum, sem hofut stadur var als rijkis hans, oc þar hafdi adur foreldri hans. og þat ett mykla hof er þar stód, hafdi hann eignat utalligum Gudum. *h e. Comes erat in villa sua Ladum, ubi primaria sedes totius Regni ipsius, ibique ante illum parentes ipsius habitarunt; hic exstructum fuit maximum Fanum: quod innumeris Diis consecraverat. Videatur Grevara Horolog principum de Diis variarum gentium parte* I. *cap.* 2. & 3. *ubi Romanorum* 280000, *referente philosopho Brusilio fuisse adseritur. vide quoque Le imagini de gli Dei de gli anthici, del Signor Vincenzo Cartari Reggiano. De diis in Septentrione cultu & ceremoniis in illis colendis videantur Notæ ad Hervorar Saga passim & Gautreks Saga, cap.* VII. *&c.*

(w)

(m) Ottar Jarl er þa red Gautlandi] *Comitem Ottarum non adfuisse cum Haquinus Jarl Vestro-Gothiam depradaretur, hinc satis adparet. Aliter refert Snorro, cui relationi quid tribuendum sit, non satis scio. Snorronis verba ejusmodi sunt. pag.* 124. Der hand kom efter blant de Gottiske skiær, lagde hand til landet, oc giorde it stort blodzoffer til sine Afguder, da kome der to rafne flygende, oc galede hóit, huor af hand tenkte sig kunde vide, at Odin Gud hafde annamet blodofferet, oc at hand hafde dag nock til at stride, da stock hand ild paa alle sine skibe, oc geck paa landet met alt sitt folk, oc drog met hærskiold igennem Gotland. Der kom hannem til móde Ottar Jarl, Hófding ofver Gotland, oc de stridde mod hinanden, oc Ottar blef slagen, oc megit af hans folk, men Hagen fick seier, oc drog vide igiennem begge Gotlandane med væbnede hand indtil hand kom til Norrie, oc drog saa ofver fielde til Trondheim. *Hac in Latinam transferre non tanti æstimo. Quod enim dicit*: Ottar blef slagen oc megit af hans folk, *contrarius hic Nostro scriptori est Snorro, cujus relatio de Ottaro, ut Haquinum exulem declaraverit, memorabilis est, si autem Ottarum occidisset Haquinus ut dicit Snorro, quomodo Haquinum persequi & illum proscribere potuisset Ottarus, & latronem sacrorum proclamare?* Ottar Jarl er þa red Gautlandi bregder vid skiott oc fer at Jarli oc nair hanum eigi, þui at Jarl var þa i burtu, Ottar Jarl queder þa þings og gerir Hakon Jarl utlægan, og skyldi hann heita vargr i veum, er hann hafdi brutit hit ætta hof i Gautlandi. *h. e. Ottarus Comes qui Vestro-Gothiæ tum præfuit lectis subito copiis, eum assequi conatus, sed frustra In tutiora enim se receperat. Convocatis igitur incolis ad judicium, Haquinum latronem & exulem declaravit, quod in summa pace, summum Vester-Gothiæ templum violasset, quare etiam sacrorum latro pronunciatus.*

(n) Og geldur einga skatta, Haralldi Kongi] *Hic locus indicat, tributum omne de Norrigia Haquino condonatum, cum altera vice Haraldo suppetias adversus Cæsarem Ottonem tulisset: aliam hujus rei causam, refert historia altera apud Husafeldens.* Sende Hakon Jarl Haralldi Kongi á einu sumre LX hauka enn gallt óngva skatta, firi þui ad Dana Kung gaf honum skatta alla, þa er hann atte i Norege, til starfs og Kostnadar, er Jarl hafdi ad veria landit firi Gunhilds sonum. *h e. Æstate quadam comes Haquinus, Haraldo LX. accipitres misit, nullum autem tributum pependit, Rex enim Daniæ omne jus suum ad Norrigiam ipsi remisit, propter impensas & operam quam in terra illa defendenda navare debebat contra Gunhildæ filios. Sed quid invasiones Gunhildæ filiorum ad Haraldum*

 perti-

pertinebant, ut hac solum de causa omne tributum condonaret, verior videtur Nostri scriptoris relatio, ob auxilium contra Ottonem præstitum, tributum remissum esse; Falconum insulam Norrigiam appellasse Haraldum, quod nulli alii reditus illinc Haraldo venirent, ex capite XLI. *auctoris Nostri constat.*

CAP. XIII.

Enn sa var Kaupmali med þeim] *De peiratarum legibus moribusque, pauca in notis meis ad Thorsteins Saga. cap.* XVI. *monui, quæ ibidem videri possunt. Sed Sigurdum comitem Anglicanum sociosque ipsius, parvi æstimatos in comparatione ad Olaum Tryggvasonium & ipsius asseclas, hic locus indicat: Olaus enim tres partes communis prædæ capiebat, cum Comes Sigurdus unam tantum acciperet; & milites Olai duas, Sigurdi autem comitis milites, tertiam saltem adsequuti.*

CAP. XIV.

Kappin Alpin] *Possent hic notari quædam de pugile Alpino, & more illo veteribus consveto, in extorquendis sibi matrimoniis; sed cum id ad Thorstani Vikingi filii historiam non omiserim, videat cui libuerit quæ ibi attuli; uti & hoc caput penè in Latinam conversum à vitrico meo in notis ad Hervarar Saga cap.* I. *Apud alios tamen scriptores non dum legi, in Anglia consuetum fuisse fœminis, maritos in solenni judicio eligere: Apud Russos vero id moris fuisse memorat Gaungu Hrolfs Saga & Sturlugi Starfvesames cap.* XXIV. *Olaus cum hac conjuge sua nec diu mansit, ut an conjugium fuerit nec ne, incertus sim. De filio tamen illorum memoratur hoc eod. capite, & in Chronic. Husafeldensi: ac Konunga Sagorna; quod pugnam habuerit cum Svenone Alfiviæ filio, tribus diebus ante Joliensia convivia. Tryggvi hic nominabatur, inque Norrigia cum paternum repetere regnum vellet occisus est, vide citatos & Snorr. cap.* 260.

CAP. XV.

Cum in hoc capite plurima ad Historiæ Nostræ fidem firmandam, & aliorum relationes conciliandas occurrant, in illo capite explicando curam sequentem impendi, & quidem aliquanto accurratiorem, quam quod necessum videretur in antecedentibus.

Notæ

(*a*) Hakon Sigurdarson) *Haquinus hic Sigurdi filius, patrem habuit Sigurdum Griotgards filium, qui machinationibus filiorum Erici Blodóx, interfectus erat; sed illis ejectis & interfecto Haraldo Erici filio in sinu Lymico, ad imperium Norrigicum pervenit Haquinus, idque tempore benè longo gubernavit, sine nomine tamen Regio. Fuit is ipse qui ad mandatum Gunhildæ Konunga moders, de intercipiendo Olao Tryggvafonio diu laboravit, & postquam se in imperio Norrigico stabilivisset, fallaciis iterum & deceptionibus suis illum aggressus, in Norrigiam allexit vide cap.* XVI. *&* XVII. *Sed suis retibus ipsimet implicatus est: & ob ingentia sua vitia subditis exosus, demum etiam à proprio servo caput ei præcisum est, & Olaus ad Regnum subditorum voluntate & auxilio evectus. Vide præter alios Theodoricum Monachum Nidrosiensem.*

(*b*) A þrettandi ári bardist Otta Keysari vid Dani: oc þa flydo þeir Haraldr Kongr og Hokan Jarl i Limafiord] *Historiam de fuga Regis Haraldi & Haquini Comitis, in Notis meis ad cap.* XII. *Historia hujus & alibi satis indicavi.*

(*c*) *Quomodo Haquinus Jarl tributarius Regis Daniæ factus sit, & esse desierit vide quæ ad cap.* XII. *adnotavimus.*

(*d*) Enn litlo sidar komo Jombsvijkingar] *De his variæ sunt Snorronis & Saxonis relationes, quæ & longe à Nostro abeunt. Saxo enim dicit hanc expeditionem Jombsvicensium, imperio Svenonis Tiugeskegg factam, id quod tam Snorro, quam præsens auctor nesciunt; Et cum comes Sigvaldus Julinum Burislao adversus Danos defenderit: vide Snorronem & Nostrum cap.* XXX. *Qui potuit Sveno Tiugeskegg in Julini cives aliquod imperium obtinere? Et quamvis narret Snorro, illos cum funus Haraldi patris Svenonis procuraretur una adfuisse, interque pocula vota fecisse de Haquino & Norrigiæ incolis invadendis, inde tamen nihil certi concludi potest.*

(*e*) Hakon Jarl for flundum til lands, oc ferdi fornir Gudum sinum]. *De hac re iterum relatio Saxonis perversa est lib.* X. *pag.* 183. *ubi Haquinum Jarl Regem Norrigiæ nominat, filiumque Haraldi, Erici Blodóx filii, dicit; quem Haquinus in sinu Lymico occiderat, ut prius monstratum est ex cap.* XII. *vide Snorronem & Nostrum: Illumque ob victoriam adversus Jombsvicenses peiratas adipiscendam, duos filios obtulisse Diis memorat hoc modo:* Interea defuncto apud Norvagiam Haraldo, filius ejus Haquinus, patriam hæreditariæ pensionis ignominia exuere cupiens, cum Haraldum auditis quæ Cæsar apud Jutiam gesserat, Germanicis diutulè bellis implicandum speraret, palam detrectandæ stipis audaciam præbuit, plus spei ac fiduciæ ex Saxonicis armis quam suis viribus capiens. Verum Haral-

dus rebus cum imperatore compositis, consortium Catholicæ religionis amplexus; divinam humanamque pacem Regno suo conciliavit: sicque Haquinum conceptæ inaniter spei irritum reddens, seipsum errore, patriam præliis liberaverit. Compertâ vero Haquini defectione, tanto in Norvagicæ juventutis contumaciam asperius animadvertendum putavit, quanto eam advetsum se cervicem insolentius extulisse cognovit. Missa agitur adversus hanc Julinæ piraticæ manu, Boo atque Sigvaldo ducibus, contemptus sui ultionem mandavit. Quorum Haquinus perspectis copiis, cum intolerabile rebus suis onus imminere cognosceret, excipiendi ejus materiâ non suppetente, tanquam humanæ opis diffidentia, divinam amplexus, superos inusitato piaculo propitiandos curavit. Duos siquidem præstantissimæ indolis filios hostiarum more aris admotos, potiendæ victoriæ causa nefariâ litatione mactavit, nec sangvinis sui interitu regnum emere dubitavit, patrisque nomine quam patria carere maluit. *&c. Sed hac etiam ignorat Snorro, qui quidem illum filium septennem Diis obtulisse refert, sed Noster novennem; Husafeldense Chronic. septennem, nomine Erlingum. Erlendum autem paulo ante mortem Haquini occidit Olaus Tryggvasonius vide Snorronem pag.* 146. *& Nostrum cap.* XVIII. *quare Haquino fuisse duos filios nomine parum differentes, quorum alterum Olaus Trygvasonius neci dedit. Haquinum filium suum devovisse refert Chronic. Husafeldens. & Noster, Thorgerda Horgabrud; quæ sine dubio religiosissima antistes olim exstiterat, & videtur post mortem â superstitiosis, inter Deas relata fuisse. vide Notas ad Hervarar Saga cap.* I. *Et credibile est, Haquinum non solum illam invocasse, sed etiam Deos Deasque, quibus illa fideliter serviverat: Odinum scilicet & ceteram Deorum turbam, Quod cum tempestate maxima & grandinis turbine Thorgerda advenerit, necemque intulerit Jombsvicensibus: de precibus item Haquini, utque filium suum Diis sacrificio obtulerit, prolixior Nostro est Husafeldensis; verba ipsius adscripta, Lectori haud displicitura spero. Illa ejusmodi sunt:* Nu geck Hakon Jarl uppa eyna Primsigd, og þar i riódur eitt legst hann nidr og horfr i Nordur, og mælist nu fyrir sem honum þotti vænligast, þar kemer hann bænordum, ad hann skorar á sin fulltrua þorgerdi brude, enn hun daufheyrist vit; Jall byder henni þa ad þiggia af sier blótskap, eina hluta og ymsa. Hun vil ecki þeckiast. Þa byder Jall henne Mannblót, og þikir Jalli nu óvænkast ràd sitt, ef hann fær ei urskurd. Eykur hann bodin vid hana, og þar kemur ad hann byder henne alla menn til blòta, ad hun skylde onkiosa, nema sialfann sig, og Eirikr, og Svein syne hans. Nu þà þorgerdur blótid og Kaus Erling son Jalls: hann

var

var VII. vetra gamall og hin efnilegaste og frijdasti. *h. e. Jam descendit Haquinus in insulam Primsigd, ibique in planicie quadam se projecit, Septentrionem adspiciens, effuditque preces humillimas, ultimoque illas ad fidelissimam suam Thorgerdam Horgabrud convertit, quæ surdam se illo tempore præbebat. Sacrificia igitur varia offerebat, sed nec illa acceptabantur. Offerebat tunc Comes hostias humanas, desperabatque ni succederent preces. Repetebat itaque vota, ultimoque unumquemque, quem illa vellet præsentavit; se præter, Ericum & Svenonem filios suos. Acceptabat jam Thorgerda vota, elegitque in Sacrificium Erlingum filium ipsius, qui septem annos natus erat, spei optimæ puer & elegantissimæ formæ.* Paucis interjectis. Nu tok veder strax at þickna, og dreger upp sky helldur skiött ur Nordri. Þa var so komit daginum, ad helldar tók ut eikuna, skiött var allskiád. Þui næst filgde iel med elldingum og reidarþrumum. Attu Þa Jomsvikingar ad vega i moti ielinum, enn menn feingu ei betur enn stadid firi vedri og bysnum, so seigir i Jomsvikinga drapu &c. Suo var haglid stórt, ad huart hagilbornid vo eyrir. *&c. Jam condensabantur nubes, deque Aquilone intemperies veniebat, tenebræ oboriebantur & lux disparuit, sequebatur autem tempestas cum tonitru & fulgure. Debebant tunc Jombsvicenses pugnare adversus tempestatem, vixque propter ventum & portentosam procellam stare poterant, ita hæc de re Jombsvicensium historia refert &c. Quælibet grando unciam ponderabat.* Halvardur forunautur Bua, sier fyrstur manna Þorgerdi Horgabrudi i lidi Jalls, enn sidan sau Þad fleyri, ad kona var á skipi Hakonar Jalls. Þa er i rauf vedrid, og syndist Þeim sem ór flye, af huorium hennar fingri sem tijdast, enn huor ór vard mansbane. *&c. & mox.* Sigvald Jarl og hans menn Þottust lijka sia flagdit og mælti, ei er nu vid menn eina ad eiga, hellder vit vesta tröll, enn Þo er einsett ad vier holldunst vit sem best. Þa elldi nockud ielit, tok Jarl Þá aptur til ad heita á Þorgerdi og Yrpu syster hennar. Tok enn ad nyu ad rókva ad odru ieli. Sia nu Jomsvikingar i Þessu Jeli óndverdu, ad Þæir systur hófdu eitt atferli bádar, sem Þeir hófdu fior sied um eina. Þa mællti Sigvallder, nu vil eg flya, og giore so aller mijner menn, Þui ecki er vit menn ad beriast, eru nu tuo tröll, Þar ader var eitt, er Þad til málbótar, ad vid strengdum ecki heit, ad beriast vit tröll hier i Noregi. *h. e. Havardus asseclæ Bui, primus Thorgerdam Horgabrud comiti adesse vidit, post hoc pluribus adparebat fœmina, navi Haquini Comitis inesse. Tempestas minuebatur, videbaturque illis continue sagitta de quolibet ejus digito emitti, quæ singulæ necem alicui attulerunt. &c. Sigvaldo comiti & ejus militibus hoc quoque monstrum adparebat, dicebatque*

jam

jam non amplius Nobis cum hominibus res est, sed potius cum pessimis monstris durandum tamen nobis. Langvere jam tempestas cœpit, sed Comes iterum Thorgerdam & sororem ipsius Yrpam, invocare non destitit. Jam ad procellam iterum condensabantur nubes. Adparebantque Jomsvicensibus ambæ sorores uni labori intentæ, quod ab una saltem fieri prius videbatur. Sigvaldus itaque dicebat, jam fugam capescere volo, quod & singuli mei facient, duo siquidem monstra adparent, cum prius unum tantum visum: Sufficit ad excusationem, quod vota non fecerimus ut cum monstris in Norrigia pugnaremus.

(*f*) þa flyddi Sigvald Jarl med þriatige skipa til Danmerkur] *Hic Sigvaldus Comes hoc sibi semper ingenitum habuit, ut nullius esset fortitudinis; sed ad deceptiones & fraudes unice compositus. vide Snorronem & Nostrum cap.* XXX. *cap.* LVIII. *&* LXI. *Saxo tamen illum jam captivum ductum & summæ fortitudinis signa exhibuisse, hoc modo refert, lib.* X. *pag.* 183. Accidit ergo ut Norvagienses cœli quam suis viribus fœliciores, Danos districtam adversum se numinum iram haud dubie sentientes, ante fuga quam cædibus implicarent. Inter quos Carlshefni ac Sigvaldus à victoribus capti, quamquam dimicando speciosissimam rei militaris operam edidissent, aliquanto tamen plus laudis in vinculis quam prælio meruerunt. Haquinus enim celeberrimam Danicæ juventutis fortitudinem, exploratius nosce cupiens, duos qui captivorum patientiam plenius experirentur admovit. Tantum enim virium animis eorum à natura insitum esse fama fuerat, ut etiam receptis in vultum ictibus, ne leves quidem superciliorum motus ederent, atque adversus, omne percussoris irritamentum in eodem animum habitu continerent. Cujus experientiæ gratia prior Sigvaldus ingentis satellitis fuste percussus, oculos motu vacuos præbuit. Quin etiam eo minus fortunæ cessit, quo miserius virtutis suæ experimentum habuit. Nec minus in reliquo mentis robur adparuit. *&c. Quæ omnia postquam probrosa fuga, Boum reliquisset Sigvaldus, accidere non poterant. Insidias hic quoque Olao Tryggvasonio struxit, cum ipsi imminerent Olaus Rex Sveoniæ, Sueno Daniæ & Ericus Jarl, utque nihil hostile metueret, jurejurando persvasit. vide Nostr. cap.* 61. *Sed an athleta hic, bello inter Svenonem & Olaum una interfuerit, incertus est Noster cap.* LXV.

(*g*) Er Bua sa menn sina falla] *Bouum hunc inter Julinenses fortissimum fuisse, ex Snorrone & Nostro constat: Cum enim Sigvaldus, qui semper timidus memoratur, fugam cum triginta navibus capesseret, nullo modo hic fugere voluit; quin fortium virorum more, quidquid accideret, potius perferre & subire.*

CAP.

Cap. XVI.

Þa hugsar hann á marga vega] *Historiam de Comite Haquino, ut Olaum Tryggvasonium intercipere studuerit, longe aliter refert Snorro in Olai vita: Sed cum in aliis multis de Olao inter se discrepent, verior videtur auctoris Nostri relatio, quia Snorroni, in iis quæ maximi sunt momenti semper convenit*, Adeo ut de hoc manuscripto in patriam illato, multis nominibus nobis gratulari possimus.

Cap. XVII. & XVIII.

Om Hakon Jarl den rijke] *Vitia Haquini Comitis quæ hic recensentur, in Snorrone Sturlesonio quoque exstant; ibique videri possunt. Et mors quoque ignominiosissima ipsius, quæ cap.* XVIII. *memoratur, ibidem pari modo describitur, uti & in notis ad fragmentum historiæ Olai â vitrico meo Olao Verelio edit. Noster tamen in ipsius fuga & morte, & poena servi illius, qui illum occiderat inferenda, ceteris accuratior existit. vide præsens cap. & cap.* XVIII.

Cap. XIX.

Bæ er heitir Rimul] *De matre familias in prædio Rimul. Nostri scriptoris pulchra est traditio, fœminam scilicet præstantem ibi habitasse. Theodoricus tamen monachus Nidrosiensis, concubinam illam Haquini nominat; sed cum totam historiam Olai perverse satu tradiderit, nec major fides illi in his quam in ceteris; haud dispari modo relatis debetur.*

Fra landa skipte] *Situs Norrigiæ elegans hic exstat descriptio, observatuq; dignißima. Ubi & Sveoniæ & Gothelbæ mentio fit, uti & ubi tam Sveonum quam Gothorum habitationes & sedes, olim fuerunt & adhuc exstent, manifeste monstratur. Cum nostro de Gothelba convenit Theodoricus Monachus Contra quam Nobiliss. Grotius, de Gotbelba, & de Gothu Cluverius, Pontanus, Stephanius, Lyscander, Rosenfontanus, Vormius, Piasecius. &c. statuerunt. Quare quæ super illorum relationes â beato vitrico meo Verelio observata, in scedis ab illo mihi relictis habeo, huc adponere non inconveniens duxi.*

Philippus Cluverius, in antiquis memoriis satis versatus, sed pro lubitu suo // omnia in ordinem redigens: Sveonum regnum, quod semper Sveones incoluerint, continua certaque serie antiquißimum in Orbe terrarum esse, in Geogra // phia sua adserit. Magnum profecto argumentum, quare regia administratio, // ceteris Rerumpubl: formis anteferri mereatur: utpote quæ angustioribus periodis circumacta, intra breve plerumque tempus interierint. Quod autem â pri //

 mu

mis initiis, ad hac usque tempora, firmum steterit regnum Sveo-Gothicum; *nec in aliud imperii genus transiverit; inter ceteras ha potissimum videri possunt causa: situs loci, adversus externam vim, naturâ ipsa satis munitus: Aeris salubritas, & genus terra, necessaria suppeditantis: jus incolendi injuria non quaesitum, quod primo immigrationis tempore in vacua venerint majores nostri: prisca frugalitas, robur, fortitudo in armis, & fœcunda sobolis propagatio: pauca cum exteris commercia, qua lites, sæpe & arma provocant. Regum definita legibus potestas; & moderatum regimen: Principes pauci, sæpe & nulli; ignorata potentiorum & nobilitatis privilegia, adversus vim legis: aqua libertas, & nullius ambitioni mancipata reipublica munera. nulla Sacrorum diversitas, nec discordes, circa divinum cultum animi: subditorum in Reges obsequium, & inter se mutuus amor. Si quando improbi regum mores & licentia populi, felicem hunc statum arietaverunt, successorum tamen virtute & industria, ita suffultus mox fuit, ne unquam corrueret.*

Dicitur patria Nostra nobis Svearijke, *& contracte* Sverige *i. e. Sveonum regnum; item* Sveaod *hoc est Sveonum terra; possessio. Latine autem* Sveonia, *indigena.* Sveones *&* Sviones, *Tacito, Adamo Bremensi, Eginhardo, & aliis recte scribentibus. Nam illud* Svecia *&* Svecus, *monachorum nobis peperit barbaries:* Sveden *etiam peregrinorum debetur consvetudini, nostra plerumque ignorantium. Neque minus impertinens est Pontani detorsio pag.* 690 *à* Se, *hoc est lacus &* Veden, *via, inde contracte* Sveden. *Nos ipsi hanc non invidebimus ex mustaceo laureolam. Recte monuit Cluverius, Sveones hunc tractum semper incoluisse. Petrus Parvus, ut Sveonum origines traducere possit, Suevos ê Germania littoribus huc infusos, & postea retrogressos in Suevia sedes posuisse contendit; alios autem in Helvetios tendentes Surik condidisse, allusione ad nostram patriam. Videas etiam Germanos non paucos, ex Germania originem Nobis obtrudere, ex hodierna, credo, facie, veterem ejus conditionem æstimantes. Sed si in Julii Cæsaris, Tacitique tempora respicere voluerint, reperient, auctorum istorum testimonio, illam suam jam excultam Germaniam, tunc fuisse informem terris, asperam cœlo, tristem cultu, aspectuque, nemini adpetendam nisi si patria esset: terram in universum aut sylvis horridam aut paludibus fœdam. Nec ullas Germanorum populis urbes habitari; ac ne pati quidem inter se junctas sedes, sed discretos diversosque colere. Quantum autem ex Germania tum occupaverit Hercinia sylva, Cæsar satis indicat. Cur autem Sueones Germaniæ populus non sint, mox subjungetur cum Gothorum originem adseruerimus.*

Proleg. Grotii ad Procop.

De:

De qua, uti & nomine non unum sentiunt auctores. Arngrimus Gothos, quasi Jättar *(Gigantes) Josuæ temporibus terra Canaan ejectos; Johannes Buræus ab Zoroastre Asia pulsos huc immigrasse auguratur. Nos tacente antiquitate, conjecturas illas in medio relinquimus. Guilhelmus Postellus Cosmograph. ab Hebræo* Genth, *hoc est decor & splendor universi; Hugo Grotius à* God, *bonus & hospitalis, nomen ipsis faciunt, plausibiliter magis quam ex vero. Nam Hebræorum nominum consvetudines ab omnibus retro seculis, Nostris ignotæ; & hospitalitatis illa bonitatisque laus, Gothis propria non fuit, sed Sveonibus cæterisque Arctois populis tum illis communis; ut absque vanitate & jactantia nomen inde sibi arrogare non potuerint; homines ceteroquin in laudes suas non effusi. Ab Gether Semi filio ipsos denominat Melanchon: Nostri etiam plerique ab Gether sed Japheti abnepote, nominis originem adstruunt. Sed de nomine satis: jam ipsos gentis natales inquiramus, quos nobis abjudicatos, Germani, Poloni, Danique sibi vindicant. Videamus autem quid singuli adferant ad assertionem suam adstruendam. Petrus Parvus Rosenfontanus, cum Gothorum titulum jam inde ab hominum memoria Regibus Daniæ falso arrogasset: Nunquam enim ante unionem trium regnorum, nomen Gothicum in ipsorum titulis comparuit:* Jutiam inquit, quam veteres Cimbriam dixere, Gothi vetustissimis temporibus in Borealem & meridionalem diviserunt, & cum orientalibus Gothis emigrantes ad perpetuandam incolatus memoriam nomina eadem hisce ditionibus post se reliquerunt. Nam quæ primum Gothia, ea postmodum Guthia, inde Jutia per literarum transmutationem vocari cœpta est. *Et paulo post.* Quasi vero discriminis permultum inter Gothos & Juthos seu Guthos interesset. *Excutiamus quicquid hoc est commenti. Juthiam ais, ab veteribus dictam fuisse Cimbriam! ubi ergo Gothia tua vetustissimis temporibus, ad perpetuendam incolatus memoriam, ab emigrantibus in borealem & meridionalem divisa? Nisi forte* Cimbriam *vertis in Gothiam, ut hanc deinde in Juthiam; quod tuo judicio, etiam inter dissitissima nihil discriminis interfit. At Saxo tuus, Ericus Pomeranus & alii, tam lepidæ inventionis meminisse non potuerunt, qui Gothos Nostros & Juthos tuos perpetuo disparant. Et si ex Iuthia tua, ad quam collata Gothia Nostra, vix parva quædam præfectura, tuo judicio est, Gothi prodiissent; non jam Ostro-Gothos & Visi-Gothos sed* Nor-Gothos *&* Suder-Gothos *in annalibus legeremus, inaudita hactenus nomina. Ostro-Gothi & Visi-Gothi in Italia & Hispania fuerunt; sunt ejusdem nominis discrimine in Scanzia. Sed utri horum ex aliis? Externos illos è Scanzia prodiisse Iornandes, Lazius & plures affirmant: illos huc accessisse nemo unquam dixit,*

& quomodo Gothorum in Italia & Hispania interierit nomen, scriptorum annales evidenter monstrant. Ostro Gothorum autem & VestroGothorum nomen natali solo debetur, ut asserit Cranzius. *Miror etiam Pontanum stolidis hisce (*Rosenfontani*) nugis facundiam suam commodasse; qui ut Gothos Cimbricæ Chersonesi indigenas evincat, Bedæ Vitas vertit in Iutas, hos in Vitangos, Iutungos, Giutungos, Gungos, Gothos. Quis deliria somnia absque risu audiat? Si fucos & ludos facere cuiquam animus esset, mi-nori nominum confusione, pro Dano diceret Vanum; Vallum verteret in Gallum, ex Germano Carmanum, ex Polono Volonem, ex Pontano fontanum faceret; Petrum Parvum, tetram larvam compellaret; & sexcenta hujusmodi. Sed ego talem fingendi libidinem jam diu execror. Audiamus jam ceteros Senatores.*

Lib. 2. com. in Sax. Gramm. pag. 69. Gothi origine Dani sunt, *ait Stephanius.* Danicum imperium antiquitus in tria arctoi orbis regna discretum fuisse Vormius narrat: Cimbricum, Gothicum seu Gethicum & Danicum; singula vero suos reges imperio secretos habuisse, donec fatali rerum vicissitudine Danicum nomen reliqua absorpserit.

Pag. 7. Fast. Danic. *Sed Lyscandrum præteriisse, ea vero injuria esset maxima. Is postquam Scaniam velut alterum orbem delineasset, & viginti quatvor Principatus, in iisque sebytiam (* Stykkerrit *) latissimorum camporum, inibi collocasset: Celebratissimas etiam & nominatissimas urbes, ex cerebro suo, exædificat, nulli scriptorum, usquam memoratas.* Stante inquit, regno Gothico, Scania opulentissimum & nobilissimum Aquilonis emporium fuit: Inde post Haraldum Hilderand magna cum admiratione floruisse Trileopolim. *Stante inquit, Regno Gothico? Dic quæso ô bone, quando illud ex rerum natura evanuit, aut quis gentem florentissimam excidio delevit, quæ adhuc in antiqua sedibus permanens, amplissimum apud nos regnum constituit? Sed est hic plerorumque Danorum candor, ut nostra invidiose detorqueant & livore obnubilent: ita plures regum Nostrorum, satrapas & præfectos, per contemptum adpellare consueverunt. Gothicorum vero facinorum gloriam, nimium quantum venantur; qui res Danorum, nostro seculo misère in annales: Quantumvis cur in istam laudis participationem venire debeant, rationibus penitus destituantur? Nullum gentis encomium prætermisit Saxo, in suorum laudibus nunquam parcus; hoc tamen suis arrogare non est ausus: sed Gothos à Iutis, ut gentes diversissimas, semper discernit Adamus Bremensis, Gothos Sueoniæ populum semper facit, Gothiamque Sveoniæ conterminam* Gothorum populos in Sveonia regnantes. *item alibi:* Ex ipsis populis Svediæ proximi ad nos habitant Gothi; qui occidentales dicuntur: alii sunt Orientales, verum Vestro-Gothia confinis est provinciæ Dano-

rum

// rum, quæ Sconia dicitur: à qua ferunt diebus septem perveniri
// usque ad civitatem Gothorum magnam Scarane: Deinde Ostro-Go-
// thia protenditur, juxta mare quod Balthicum dicitur, usq; ad Bircam.
// *Alibi*: Occidentalis Gothia Danis proxima *Helmoldus*: Est autem
// Birca oppidum Gothorum celeberrimum, in medio Svediæ posi-
// tum. *&c. Plura illustria scriptorum testimonia huc arcessere supervacaneum*
// *est, quæ si quis desideret, collecta inveniet ab Grotio in Procopium. Danos*
// *Gothorum Sveonumque coloniam esse, plura evincunt monumenta; regno ta-*
// *men Regis Dani auspiciis firmato, Gothico nomine nequaquam se censeri vo-*
// *luerunt: Sed quæ foris perpetraverunt, vel Cimbrorum vel Danorum vel de-*
// *nique Normannorum nomine celebrantes, ab Gothis Sveonibusque hostili sem-*
// *per odio dissiderunt. Dani hactenus. Jam ad Sarmatam aures convertamus.*
// Gothos sive Getas (idem enim sonat utrumque apud omnes erudi-
// tos) illos inquam bellicosos, veterum historicorum (recentiorum in
// antiquis, nisi nitantur antiquorum testimonio, parva fides) nullus
// uspiam memorat ex Svecia prodiisse, vel ibi sedem commerciumve
// aliquod unquam habuisse; sed concordi sententia omnes, præsertim
// Orosius hist. lib. 1. c. 2 refert Gothorum sedes contiguas Alanis &
// Dacis, prope pontum Euxinum & Istrum consistentibus; & Proco-
// pius ac Jornandes asserunt eos ex finibus Asiæ, à Tanai & Meoti
// Palude Pontoque Euxino (quæ regio utique à primis seculis semper
// fuit & nunc est Sarmatarum sive Slavonum, utpote Russorum seu
// Roxolanorum, Moschorumque perpetua sedes) egressos versus me-
// ridiem, superato in Dacia Istro, in Moesiam Thraciamque excur-
// risse. *&c. Paucis post ait.* Adamum Macovium se procurante Lega-
// tum ad Philippum quartum in Hispania perquisivisse antiquissima
// Gothorum monumenta, ac inter alia multa invenisse sacram Hebræ-
// orum historiam lingva Gothica scriptam, sed in qua Sveci qui in
// aula Sigismundi erant non pauci viri docti, cum veteri lingva obso-
// leta Svetica vel demum cultiori Svetica vel Germanica comparatâ,
// ne unum verbum reperire potuerunt, in quo una alteram, vocis
// aut syllabarum, vel Etymologiæ significationisque proprietate assimi-
// laret. Imagines autem antiquæ Gothorum & Vandalorum, quæ
// ibidem in Hispania alicubi visuntur, referunt vestitum Sarmatico
// similem. *Tria si recte percipio hic adserit. Veterum neminem Gothos è*
// *Sveonia eduxisse: lingvam Gothicam, ne in minimo quidem cum Sveonica*
// *congruisse; eorum habitum fuisse Sarmaticum. Sed primum illud Ablabii,*
// *Dexippi, Jornandis & aliorum testimonio falsum est. Illi enim primam*

Paulus Praefecius Cronic. pag. 36

Gothorum patriam Scanziam faciunt: indeque transgressos circa Pontum & Mæotim consedisse, expulsis indigenis, sive illi Sarmatæ fuerint sive Roxolani. Neque tamen stabiles ibi sedes diu habuisse: quia enim pacem inopem experiebatur gens armis adsveta, excita sedibus suis Mœsiam, Thraciam, Illyricum, Pannoniam, Græciam, Asiamque pervagata est. Quod Sigismundi aulici Sveones intelligere non potuerint, sacram historiam Gethica lingva diu obsoleta, perscriptam, sententiæ nostræ nihil derogat. Quod enim locuti sunt majores Nostri ante quatvor & ultra secula, jam non intelliges sine interprete antiquario. Addere vero debuisses Piacesi Macovium, veterem illam Gothicam bene intellexisse, utpote Sarmaticam & maternam, & aliquid forsan dixisses. Iam despiciamus an Germania, evolutis aliquot seculorum periodis, locupletata habitatoribus, patriam nostram suis coloniis insederit. Philippus Cluverius, Hispanos, Gallos, Illyrios, Britannos, Cimbrosque, Germanos fuisse, Germanicâque olim locutos, ut solet, satis confidenter jactat: quibus Nos etiam parvam accessionem aggregat; ab Aschenaze propagatos omnes. Subjungit autem, regnum Nostrum in orbe terrarum antiquissimum esse, quod semper Sveones incoluerint. Si hoc verum, quomodo ab illis Nos, qui jam tum eo potentiæ non devenerant, ut domi regnum constituere potuerint? Ista colligendi ratione Germanos à Nobis produceret alius, quod Fagio Scedels, Ritio, Goldasto, Bertio, Grotio, aliisque existimatum; sed illud Nos non intendimus. Iam religionis & sacrorum ritus iidem, populum eundem arguere solent: Germanis nec templa, nec Deorum simulacra fuisse Tacitus adserit: de Gothis & Sveonibus contrarium evincit idololatria illa horrenda, cui miserum in modum dediti quondam fuere. Et lingva illa affinitas olim Nobis prope nulla: postquam vero Albertus Ericus, & Christophorus sceptro Nostro potiti sunt, germanizare etiam cœpit lingva Nostra: valido semper in subjectos exemplo & auctoritate imperantium, nec minus commerciorum frequentatio ad lingvæ genium corrumpendum valuit. Iam ad Gothos propius veniamus: quos Imperii Romani vastatores ex Scanzia Nostra educunt, Ablabius, Jornandes, Rodericus Toletanus, Rodericus Sancius, Sigebertus, Otto Frisingensis, Bartholomeus Anglus, Crantzius, Æneas Sylvius, Suffridus, Cytræus, Sigismundus ab Heberstein & plures alii. Hispanis etiam persvasissimum semper fuit, majores suos Visigothos primam hanc patriam incoluisse. Quorum omnium persvasio, ne vana existimari possit, haud leviora rerum momenta faciunt. Libros quos in Italia olim Gothi cepissent, ex Sveonia extulisse Marinum Pontificis legatum cronicon Slavicum commemorat. Ostrogothos & Visigothos nominis diversitatem è prima patria secum extulisse Ablabius & Blondus tradunt. Sed

ubinam

ubinam gentium in tota Germania Ostrogothia & Vestrogothia? Apud Nos vero florentissimum sunt regnum. Leges præterea Nostræ Visigothorum domestica, paternam hereditatem Gotho in Græcia militanti adimunt, abjecto revertendi proposito. Neque minoris fidei documenta lapides runici exhibent, quos consangvineis in Moesia Græciare pugnantibus ac interfectis, parentes, fratres, filii, necessarii domi erexerunt, notatis nominibus, & rei gestæ titulo. Quod pietatis officium ac æternitatis memoria, extraneis credo, & incognitis impendi haud potuit. Hujusmodi plura documenta haberemus, nisi inconsultus monachorum Zelus circa Christianæ pietatis initia, literaturam runicam abolevisset, ut cum ipsâ impietatis paganæ radices evellerentur. Prout ab Recaredo etiam in Hispania factum, qui omnia Gothorum scripta monumenta combussit, ut cum illis hæresin Arrianam exstirparet. Cluverius interim sola præjudicandi libidine abreptus, spreto tot illustrium scriptorum consensu, rerumque argumentis, nullos unquam Gethos in Scanzia fuisse contendit; Jornandemque ridiculæ fabulositatis arguit, quod popularibus suis primigenium hoc solum adsignaverit, cum ad Vistulam Gothones ponat Tacitus. Potuisset vero Cluverius, si calumniandi absuisset studium, iniquam de Jornande censuram omittere, cum Gothos Scanzia egressos ibi consedisse adserat, ubi Gothones collocat Tacitus. Unde postea digressi ad Moeotim migraverunt. Credibile vero est, quosdam in occupatis sedibus remansisse, inter quos Samo-Gethæ, quod nomen eosdem Gothos sonat. Aliam Jornandi dicam scribit Pontanus ex temporum calculo, quod Gothos Marci Aurelii tempore primum cognitos, cum Gethis confundat, qui ante bellum Trojanum innotuerant. Doceat vero oportet Pontanus, Marci Aurelii tempore. Gothicum nomen primum natum. Tot equidem inter Jornandem, qui Justiniani tempore vixit, & Marcum Aurelium, non sunt secula, ut de Gothis scribere deberet: Ex hac Scanzia Gothi quondam memorantur egressi. Hunc egressum è Scanzia non Taciti tantum sed & Pythea temporibus multo fuisse antiquiorem haud injuria existimat Grotius. Potuit etiam post primam hanc plures emisisse colonias Scanzia: unde majorum minorumque Gothorum discrimen natum quibusdam placet. Ceterum fuerintne Getha Gothique idem populus, quod Jornandi, Procopio, Orosio, Hieronymo, Spartiano, Claudiano, Bernhardo Iustiniano, Scaligero, Octavio Ferrario, Heinsio, Piasecio & aliis, traditum; an vero diversus, ut aliis visum, nostrum tenue judicium determinare non audet: cum utrinque non desint adsertionis documenta. Notandum etiam hic Adamum Bremensem adserere Albim, per medios Gothorum populos currere in mare, indeque Gothelbam dici. Quod de celebri Germaniæ fluvio accipit Grotius, indeque Bremensem Gothos in Germania

collo-

collocare autumat; Ceterum Bremensis verba hoc haud asserunt. Non enim // Germaniæ Albim intelligit: sed flumen illud quod in jugis montium Norve- // gicorum, quos improprie Riphæos vocat, oritur, & per Vermelandos ac // Visigothos defluens, prope Elfsiburgum oceano commiscet. Vocatum id Bre- // mensis avo Gothelbam, instruere nos Snorro Sturlason potest, in gestis Re- // gis Olai Skautkonung, diciturque ab accolis hodieque Göthaelf, cujus præ- // cipitium Trollbettan nuncupatur. Nam illud nomen Elba sive Elf proprium // nobis non est, sed commune quo magnum flumen indigitamus. Ita quod per // Dalcarlos defluit, magnoque impetu ad Elf. Carlby in Codanum se exone- // rat, Dala-elf nuncupatur. //

Helvetii sive Svitzeri â Sveonibus se originem trahere, ipsi fatentur omnes. // Licet Germani quidam aliter ipsis persuadere nitantur. &c. //

Hæc usque beatus vitricus meus Olaus Verelius: reperiuntur adhuc plura in scedu illius; ab illo mihi relicta; quæ alibi commodius inserentur.

Cap. XXII. XXIII.

In his capitibus tempora Olai Trygvasonii, tam prospera quam infortunata; cum ipsius quibusdam actionibus, satis accurate recensentur; & ob Cronologiæ Norrigicæ memoriam, notari merentur. In cap. autem XXIII. *tempora inter illum & Haraldum Pulchricomum, pari modo memorantur, & de fide Orcadensibus & comiti qui illos gubernabat inculcata: quam historiam paulo aliter refert Snorro. vide tamen Theodoric.* Monachum Trondheim: *cujus relationes tamen parum sibi interdum cohærent.*

Cap. XXIV.

Þad hefur hier verid sidur at giefa þor, eda Odni; edur odrum Asum minni at Veitzlum] *Verba hæc sunt, juxta auctoris Nostri traditionem, Sancti Martini episcopi; jam dudum mortui & mandata Regi Olao Tryggvasonio, per adparitionem data; ut illum in posterum coleret; quibus subsequutum fuisse miraculum, â Snorrone & Nostro refertur: vide Nostrum cap.* 31. *Huic historiæ aliquid tribuere, poterit qui voluerit; ego ejusmodi relationibus parum accedo. De Thorone autem & Odino quod refert, in illorum memoriam magnos scyphos â veteribus evacuatos, à temporum illorum non solum simplicitate, sed etiam superstitione in dæmonibus illis colendis, non abhorret, Videri potest Herrauds Saga cap.* XI. *ubi de Thoreri, Odini &*

& Frey, & omnium ceterorum Aſarum memoria celebrata, pari modo ac Noſter meminit. Citatum locum vide in Notis ad Gautreks Saga, in Sveonicam lingvam tranſlatum. In Sancti Olai autem hiſtoria majori. Voru þar drykiur miklar, og voru minnin aull ſignut Aſum, eptir fornum ſijd. *i. e. Larga ibi erant compotationes & pocula omnia Diis Aſianis conſecrata, pro veteri more. vide Notas ad Herrauds Saga pag. 102. & 103. Loccenii Antiquitates pag. 140. Sed non ſolum in Deorum gentilium memoriam exhauriebantur pocula, verum etiam in clarorum virorum, cum aliquo certo voto, qua de re Saxo & Snorro de Ingialldo Illrada, & de aliis Sveo-Gothis, item Loccenii Antiquitates lib. 1. Verelii hiſt. Sveo. Goth. lib. 1. cap. 2. Cetei ique gentis Noſtræ ſcriptores. Et cum heroum memoria apud Noſtros celebrata fuerunt, dicebantur iſti Bragebiegere (i. e. Heroibus pocula conſecrata.) Fiebatque, ut de Ingialdo modo indicavi, cum certo aliquo voto: loca ipſa ſollicitare, cum ubique in Veterum hiſtoriis exſtent, ſupervacaneum duco. Hac de re Vormius Monument. cap. V. pag. 28. Ubi poſtquam morem hunc, cum ſacra peragerentur obſervatum meminiſſet, ſic concludit.* Hinc in memoriam Othini pocula exhauriebant, quo Regi & toti Regno bene eſſet. Mox Niordi & Frey: (*dicere debebat, mox Thoreri Odini & ceterorum Aſarum Niordi & Frey. &c.*) Memoria poculis recolebatur; annua ut ipſis contingeret felicitas, frugumque & reliquæ annonæ ubertimus proventus. Multi Bragebeggere exhauriebant, id eſt Heroum, regum & amicorum, & in bello fortiter rem gerentium memoriales ſcyphos, quibus eorum manibus parentare ſe credebant & minde vocabant. *Minni dicere debebat Vormius, quod memoriam ſignificat; error quoque eſt in voce* Bragebeggere, *cum* Bragebigare *recte dicuntur ſchyphi qui in memoriam heroum evacuabantur; idque non pro annona felici proventu ut refertur, ſed in memoriam heroum, ut ſe paria illorum actionibus facturos recordarentur & pollicerentur Chriſtianis autem temporibus, nec eundem morem amiſerunt, & memorias non ſolum heroum, ſed ſanctorum, & veri etiam Dei, invicem propinaverunt. Qua de re, ritus nuptiales Iſlandorum quos habuerunt prius quam à Papiſmi reformarentur erroribus, ſatis teſtari poſſunt, unde ſequentia exſcripſi. Folio mihi 1.* Skal er hier ſyri bord borin og dryckur i ſkeinktur, og ætlud til Heilags anda minningar. *h. e. Schyphus potu repletus menſa noſtra allatus eſt, qui memoria Spiritus Sancti deſtinatus Fol. 3.* Fyri Gudzfadurs minni, efter Heilags Andas ſkal, antiphona, *&c. h. e. Ante memoriam Dei patris, exhauſto memorali ſcypho Spiritus Sancti, antiphona. Fol. 5.* Fyri Chriſti minni antiphona. *h. e. Ante memorialem ſcyphum Chriſti antiphona. Fol. 7. De memoria Mariæ virginis celebrata, loquitur. Fol. 8. Sequitur ut ſponſus*

& sponsa invicim propinaverint. Repetebantur dein Spiritus Sancti & Jesu Christi memoria Fol. 9. & 10. Folio autem 12. Regis memoria celebrabatur & Fol. 13. Memoria Sancti Martini vel Doctorum ecclesiæ. Ipsi ritus qui ibi describuntur, satis elegantes. Cantilenam de Christi memoria celebrata apud Nostros, adhuc habemus, quam quia curiosis haud displicituram credidi, huc adscripsi ex Burai Samulsyrio seu collectaneis pag. 775.

Jesus Christus wår Herre
Och hann war född i Betlehem/
Och alle Gudz helga Änglar
The sungo honom lof igen.
Songen sungo the alle Jula otto så:
Lofwat wari Jesu Marie son.
Hwem skal herbergera en wägfaren Mann?
Siälfwer Jesus Christus som alla wägar kann/
Solen under himmelen och Månen under sky
Siälfwer Jesus Christus ledsagar oß till By.
Drickiom wij thet fyrsta sinne
Wårs Drottins minne.

Runfrijd biuder Lag för sig/ Lag och rett
Rett som Tingamenn the dömma
Gud gifwe honom lijf och lycka/
Danne-swena dryckia Gudz minne/
Och alla måge glädia sig som här äre inne.
Johan hafwer Christi skäl uppå sin hand/
Signe honom Gudfader/ Sohn och then helge And/
Gud läthe honom lefwa och trifwas/
Synder och sorger fördrijfwa:
Genom thän helge And.

His non inconvenienter addi possunt quæ de Sinensium more refert Neuhof, *cum hospites excipiunt, inque illos affectum suum contestari volunt; primum scyphum Deo Cæli offerunt.* Ehe man sich niedersetzt nimt der Haußherr einen mitt wein gefylleten Krauß oder Becher auff einen tischteller in beyde hände und grüßet den/ der oben an sitzen soll/ sich gewöhnlicher manier nach gegen inn neigend: gehet dar auff auß dem saal in vorhaus/ und nach dem er sich da Solenniter geneiget/ offret er/ mitt nach dem suden gewandten angesichte/ selbigen Krauß oder Becher dem Herren deß him-

himmels und geust ihn auff die erden auß. *Sancti autem Martini, memoriam, Johannis, Mariæ & Nicolai, aliorumque in divorum collegium adscitorum cultum, non est operose ut disquiram. Omnia enim Istorum Tribulium collegia, vulgo Gilden dicta, certas ceremonias, cum ejusmodi pietatis opus exerceretur, semper indicant. Possedi quoque ante annos aliquot, leges Tribules in pergamena scriptas, antiquitatem bene exhibentes. Anno scilicet* 1424. *conscriptas, longoque ordine præcipientes; quemadmodum Sanctæ Mariæ virginis, Sancti Martini & Nicolai feriæ, poculis celebrari deberent; patronorum nempe conventuum: memoria Martini die Martini, & Mariæ, visitationis Sanctæ Mariæ &c. colebatur, qui dies potando toti consumebantur, idque ordine, juxta Legislatorum præcepta: dein nox sequens vitiis plurimis extracta fuit, luce talia non indicante.*

CAP. XXVII.

A daugum Hakonar Jarls tok Suneya eptir fodur sin erfd og eygner myklar] *Meminit auctor Suneyam Regiam puellam in Irlandia, ubi Christiana fides jam diu viguerat; Imperium mortuo parente suscepisse, cum tamen fratrem habuerit nomine Albanum, ut in præsenti capite legitur; sed propter peiratarum invasiones, diu id defendere non potuit:*

Muliebre non est Regna tutari patris. *Seneca in Hypolyto: vide Lipsii Polit. lib. 2. cap. 3. & notas ad illud caput. Et cum in præcedenti auctoris Nostri capite de Sanctorum hominum reliquiis, in insula Norrigiæ Selia repertis, aliquid memoretur; credibile est illam cum sociis suis illuc appulisse; diemque supremum ibi obiisse. Ad oram codicis, unde manuscriptum quod habeo exaratum, adnotatum fuisse Jonas Rugman reliquit:* Anno 1170 var Sancta Suneya færd til Bergen, og let Pall Biskup skrijnleggia hana annad sinn. *Quære in historia Sanctæ Suneyæ in fine. h. e. Anno* 1170. *reliquiæ Sanctæ Suneyæ Bergam translatæ, quas iterum in arca condi Episcopus Paulus curavit, quære in histor. Sanctæ Suneyæ in fine. Hujus Sunesiæ reliquiæ exportatæ Bergis, cum Haquinus Haquini filius coronaretur vide Snorr. in ejus vita pag.* 607. *Item Anonym. De profect. Danorum in Sanct. Terram cap.* XI. *in Civitat. Bergens. descript.*

CAP. XXIX.

Er Olaf Tryggvason heyrdi at sva mikit ord for af þessi Drotningo er red fyri Gautlandi: þa vildi hann fa þad Riki og hana med] *Vana opinione, nimia sibi destinasse & pollicitum fuisse Olaum Trygvasonium, hic locus indicat. Si enim Sigridam Storradam Reginam in uxorem accipere posset,*

cum illa totam Gothiam se accepturum sperabat. Sed ejusmodi non fuerunt Sveo-Gothorum Leges, ut talem potestatem & jus fœminæ concederent. Hæc quoque Segrida consensu solum mariti Erici victoriosi, Vestro-Gothis imperabat. vide cap. 28. auctoris Nostri, Sed possidebat illa hæreditaria quoque bona, in quæ majus jus habere poterat. Sveno autem Tiugeskegg Daniæ Rex, qui illam in uxorem duxit (vide cap. XLIV.) *nec habuisse nec prætendisse aliquod jus in Regnum Sveo-Gothicum, memoratur. Videatur cap.* 1. Gipt. B. Westgöth. L. *ubi dos Regia ad* XII. *Libras auri redigitur, aut oppignoranda duo prædia statuit, deficiente scilicet auro. Segridam & Olaum de pactis connubialibus convenire non potuisse, ex cap auctoris* XXXIV. *etiam legitur.*

CAP. XXX.

Fra Þui er Sigvaldi tok Svein Kong] *Prolixe Saxo describit quomodo Sveno Tiugeskegg, ter sit captivatus à Jomsvicensibus, usque se in libertatem iterum, magno suo & subditorum incommodo, redemerit: sed cum Snorro & Noster hanc historiam in totum ignorent, præsens caput, à curiosis cum Saxonis falsa relatione conferri meretur. A Sigvaldo autem deceptus fuerat Rex Sveno, sed non in captivitatem ductus.*

(a) *Tres solum Burislavi filias hic recenset auctor, quarta fuerat Geyra, quam viduam in uxorem duxit Olaus Tryggvasonius, quæ tamen non ultra triennium cum illo vixit; quo elapso tempore, Vinlandiam etiam Olaus reliquit: utrum alicui nupta fuerit Tyra, quarta Burislavi filia, hi scriptores non meminerunt.*

(b) *Natione Danum fuisse Sigvaldum hic locus indicat; Regique Burislao adversus Danos conservasse Julinum, ex Nostro constat; quam fidelis autem legitimo Regi suo fuerit, ex hoc loco adparet, & quod illum Burislao prodiderit, hic quoque legitur.*

(c) *Ad possessionem paternorum suorum bonorum admissus, & ab exilio revocatus est Sigvaldus, cum studium suum in decipiendo Olao Tryggvasonio, Svenoni Tiugeskegg accommodaret: vide auctoris Nostri cap.* LVIII. *Hic fidus nemini erat, juramenti quoque nunquam tenax, vide in Nostro & Snorrone passim.*

CAP. XXXIII.

Huert ſinn er hann bioſt til ferdar, Þa giordiſt andvidri i moti] *De vento magico, passim quædam ad Thorsteins Saga adnotavi, quæ ibidem videri possunt. Videatur quoque caput* LI. *hujus auctoris, de maximo illo mago Hroaldo & Snorro Sturlæ, de aliis huic similibus, multoties.*

CAP.

Cap. XXXIV.

For þa fyrft auftur til elfi. fem fidur er til at Konungar hinifk af Danmork og Noregi, eda Eingland og Saxlandi] *Memorat bis verbis auctor, locum conventus ad flumen Trollhettam, inter Daniæ, Norrigiæ, Angliæ & Saxoniæ Reges: fed quid negotii bic habuerit Sigrida Storrada, hoc tempore Gothiæ domina, fubticetur. Non erat fcilicet aliud, quam ut Olaum Trygvafonium conveniret. Locum conventus inter Sveoniæ, Daniæ & Norrigiæ Reges, infulam Brennö, dicit auctor Nofter cap.* LVIII. *ubi*, og þar traut Rijki hans. *b. e. Ibique finis Imperii Ipfius. Sed* Danaholmur, *erat hoc nomine quoque apud veteres celebris: qui à Lyfcandro in defcriptione Hallandiæ fic ponitur.* In contignis Hallandiæ Sveoniæ & Norvegiæ finibus, infula mediocris eft, parvam Daniam dixere, proprie tamen Hifingia adpellatur: in ea terminantur limites Regnorum Borealium bodierni: & ibi quieviffe tres Reges, & convivatos effe, tempore decreti Sven Othoniani, fuper ingenti Saxo, quolibet tamen in fuo Regno exiftente, fama & libelli decretorii narratione, notum eft. *Parva bæc infula jam Sveoniæ Regis poffeffio eft, cum diftrictu fibi adjacente. Quis ex tribus iftis Regibus cum convenirent, præ ceteris eminuerit, inter Meffenium, Vormium & Nobiliff. Stiernhielmium, fatis difceptatum eft. Poft quorum fata Leges vetuftiffimæ in patriam Noftram à Nobiliffimo Domino Sparfenfelt, è Norrigia illatæ funt; ubi in medio Borgarþings libello Runis in pergamena exarata Anno Chrifti 1273. Imperii anno undecimo Magni Regis, fequentia exftant, quæ ob defectum Runarum literis jam ufitatis adpono.* Landmark mellin Sveriki ok Tanmaurk: Augmunder Slemma var Kungur i Upfalum ok Sven Okþa Tinguiſkeg i Tanmark: tau fatu riktar mellin Rikin; Sveriki ok Danmaurk. Þau nemdi af Sveriki Tola ok Totti af Oplandi; Grimalda af Surmanalandi; Kafi af Veftmannalandi; Bobvidr af Helfingalandi; Tori af Veftr-Gotlandi; Torftin af Oftrgotlandi, Tocka af Jutlandi; Gunkil af Sialandi; Ubo af Funa; Dan af Skana; Grimulf af Grimulvaum af Hallanda. Þa tolf fattu fiags ftaina mellin Rikin. Hin fyrfta ftain ftar á Suururvafa; annar i Danabak; Tridie er Kirkiuftain, eda Kinftain; fiarþa i Varagsnes; femta Hviþa ftin; fierta Brimsl ftain, er ftaundr mellin Blekong ok Moiri. Danahulm er skiftar i tre hlutir; ein á Upfala Konung; annan á Dana Konung. ok þridi Norekhs Kunung. Þa er ftefna þeira var á Danaholm, þa hiolt Dana Konung Upfala Kununghs Orfi ftiorni, ok Norrigs Kunung aufteþi hans. Nu bauriaft i Danaholm; af Danaholm ok i Stamufund. Klifiar-Natras. Flatbak; Senfio, Aldramaunabrekkiu;

brekkiu; Dvarharid; Ano; Klintomosa; Sinvas, Diupdal; Þrosnas; Ornabiarhk; Kadnoror; Med; Alnas; Vistuland, Vebiark; Allarsas; Skutrvas; Klokkobiarþ; Mialka; Mesa, Bauro, Spätu, Spatuas; Astabiardþ; Stratu; Astbnda; Danbakk; Skarusio; Bon, Orsio, Rabak; Knnungavn; Moturþadel; Bogsio, Bogabak; Flyfivik; Bara; Þet hitist; At Vestrogotlandi ok Finnidi; ok Halland, af Bara i Ostvidi; Spado; Biarsio; Þolosio; Sæisio; Mahinsio. *h. e. Limites inter Sveoniam & Daniam: Aumundus Slemma (vilis) qui Rex Upsalensis erat, & Sveno Otto Tiuguskeg Daniæ. Hi limites inter Regna Sveoniæ & Daniæ posuerunt. Elegerunt autem ex Sveonia, Tolam & Totti de Uplandia; Grimaldum de Sudermannlandia; Kasium de Vestmannlandia, Bothvidum de Helsinglandia; Thorum de Vestro-Gothlandia; Thorstanum de Ostrogotlandia; Tokum de Jutlandia; Gunkillum de Sialandia; Ubbonem de Fionia; Danum do Skania; Grimulfum in Grimulvaum de Hallandia. Hi duodecim sex ponebant lapides inter Regna; primus exstat in Sunturvasa; alter in Danabak; tertius est lapis ad templum seu Kindius; quartus visitur in Varagsnes; quintus lapis Huidensis est; sextus Brimslensis, qui positus inter Blekingiam & Moriam. Danaholm in tres partes dividitur: unam possidet Rex Upsalensis; alteram Rex Daniæ; Tertiam Rex Norrigiæ. Cum conventus illorum in Danaholm erat, habenas equi Regis Upsalensis Rex Daniæ tenebat, stapedem autem Rex Norrigiæ. Danaholm incipit â Danaholmio & se extendit ad Stamusund. &c. Hæc quidquid de prærogativa Regis Sveo-Gothorum Leges Vestrogothicæ & Cronicon satis vetustum, memorant item adstruunt, ut Messenius & Nobiliss. Stiernhielmius in sua adsertione, mendacii omnino non arguendi, quin in alterius partis scriptores, hæc culpa potius recidat. De loco hujus conventus videri etiam potest Olai Crassi historia. Cæterum lubet hic annectere quæ hac de re scripsit beatus Vitricus meus Olaus Verelius, in hist: sua Sveo-Goth. lib. 2. cap. 2. hisce verbis,* Meminit hic Cronicon Nostrum vetustum, & Leges Vestro-Gothorum, trium Regnorum Reges in insula Danaholm convenisse: Regique Upsalensi equum conscendenti, frœnum tenuisse Danum, Norrigum stapedes. Contrario plane sensu, ante centum triginta circiter annos, typis ista evulgavit Gothofridus Gemmen, Regique suo hanc honoris prærogativam adrogavit. Unde tragice in Messenium bacchatur Vormius, quod quæ jam Orbi propalasset typographus Gothofridus, tam nequiter pervertere ausus fuerit. Equidem si monumentorum auctoritate standum, Gothofrido non cesserint Leges Nostræ, & non improbæ notæ Cronicon vetustissimæ utraque Antiquitatis: Messeniusque ab omni calumnia vacuus, qui quæ in publicis monu-

monumentis reperit, cum fide descripsit. Vormio interim, an Leges istæ uspiam gentium exstiterint, non tam religiose quam perfide dubitanti, scrupulum adimere poterunt exemplaria, quæ literatorum teruntur manibus, vel si tanti intereffet, quod in Regni Arthivis adservantur. Minus quidem credibile delicatis nostri temporis hominibus videri possit: Rerum potientes ad talia demissionis officia, descendere voluisse: Sed reputent temporum illorum simplicitatem, inveniéntque pares omnino Pontifici Romano, ab Imperatore præstitos honores Et qui respicere voluerit ad venerationem, quam Boreales Regibus Upsalensibus semper habuerunt; utut Regibus non solum summis; verum Deorum etiam cultus, patronis ac procuratoribus assiduis; à veritate rem abhorrere non existimet: duræque frontis hominem qui relationem veterum, in dubium revocare conetur. *Hæc Verelius: idque longe antè hoc nuperum è Norrigia illatum documentum, quod àdsertionem veteris Chronici, Legumque Vestro-Gothicarum planè confirmat: duobus bonæ notæ testibus* jam *tertio adstipulante; ut veritati firmandæ plenior fides non sit necessaria, cum omnis in duorum aut trium testium ore, consistat veritas.*

Cap. XXXV.

A Þeim daugum komo margir menn til Olafs Kongs] *Egregius est hic locus, interque laudes Olai Tryggvasonii ultimas, non reponendum, quales asseclas & aulicos sibi elegerit: Regum enim & Imperantium, maxima laus in hoc ipso delectu consistit. Qualem vero habuerit Olaus comitatum refert auctor Noster hoc modo.* A Þeim daugum komo margir menn til Olafs Kongs, Þeir er agiætir voro at sterkleik og ollu atgiærfi, og giordi hann Þa sina hirdmenn: ok huar sem hann spurdi sterka menn vera, spekinga at viti, eda nockra atgerfis menn; Þa spanadi hann alla til sin ok giordi sier kiera: oc suà sem hann var fyri audrum Kongum um alla luti, sva valdi hann med sier Þa menn, er mest voro afbragd annara manna; helt hann þa ok miklu betur ok rikuligari enn adrir Hofdingiar. Einn af hans vildar monnum het Aki hin Danski. *h. e. Illo tempore ad Regem Olaum venerunt præstantes viri, & quà fortitudinem & quà præclaras actiones, quos aulicos sibi elegit. Ubicunque autem viros fortes & sapientes esse audiverat, adque magnas res expediendas promptos; Illos ad se accersivit, charosque sibi fecit: Utque aliis Regibus in re omni præstabat, ita etiam viros optimos eligebat; quibus & majora præmia distribuit, quam alii magnates facere solent: unus ex ipsius intimis Achatius Danus erat. Achonem hunc ut plurimum traducit Saxo lib. X. non sine Regis sui Svenonis Tiu-*

gieskegg

skegg injuria. Sed si secundum illius relationem vitam suam ù instituisset, qui potuisset tam egregie ab illö educata esse Thyra Svenonis soror, quæ fœminarum in Norrigia omnium præstantissima Semper perhibetur. Parem delectum aulicorum ac militum habuisse: Haraldum Harfagra, legitur apud Helgonem à Husafelde, in vita Illius.

CAP. XXXVI.

Ek ætla mig eingo skipta huer Þu ert, sagdi Kiartan] *Parum sibi intereſſe quis esset Rex Olaus, respondit Kiartanus Islandus; postquam enim natando cum Rege certasset: Beneficium aliquod in illum conferre cupiebat Rex, neve quicum lusisset ignoraret, satis superbum responsum retulit, & quidem juxta Catulli illud Epigr. 88.*

Nil nimium studeo Cæsar tibi velle placere;
Nec scire utrum sis, albus an ater homo.

CAP. XXXVII.

Kongr let taka Islenska menn, og suma ræna, en summá drepá, enn summa meida] *Modus propagandi religionem Christianam primis illis Regibus, qui illam in Borealia hæc Regna intulerunt, hoc loco indicatur: diciturque Islandos quosdam ab Olao Tryggvasonio bonis privatos, quosdam occisos, quibusdam manus & pedes præcisos. Tangbrandum enim Sacerdotem in Islandiam miserat, ut ibi Religionem propagaret Christianam: sed erat ille immorigerus, adque cædes & bella promptus adeo, ut in Islandia duos vel plures, quatuor dicit Snorro pag. 158, qui prædicanti fidem habere nollent, tempore quo ibi versabatur occiderit; rigore autem suo nihil apud ethnicismi tenaces, proficere poterat. Illinc itaque rediens, apud Olaum de Islandis conquestus est tam graviter, ut Regem ad iram & ad persequendos omnes Islandos, qui in Norrigiam venirent, commoverit. Tangbrandi modus procedendi & Evangelium prædicandi, quia sacris initiatus erat, nullam laudem meretur: Regibus autem illis, qui religionem inferre laborarunt, severos se præbere, necessum omnino fuit, apud düros homines & ethnicis superstitionibus pertinaciter addictos. De Olao Crasso Norrigiæ Rege, qui post Regis Olai Tryggvasonii tempora Norrigiam diu rexit, in illius historia cap. LXIII. legitur.* Kendi hann þeim rietta sidu og sagdi sva mikit rike vid, ef nokrir veri þar, er eigi vildi afláta heidnini, at suma rak hann braut or landi, suma let hann hamla, at hondum eda fotum, ædá stinga augo ut, suma let hann hengia, edá hauggva, enn engan let hann uhengdan þan er eigi villdi

villdi Gudi þiona ; jafnt hegndi hann rikan sem urikan. *h. e. Ad meliorem frugem illos (Norrigiæ incolas) reduxit, magnaque pœna adflixit qui ethnicismo abstinere noluerunt, adeo ut quosdam in exilium ejiceret, aliis manus aut pedes amputaret, aut oculos erueret, quosdam laqueo absumeret, aut decollari juberet; neminem qui Deo servire aversaretur, à pœna immunem reliquit, pauperes ac divites eodem loco habuit. Et in eadem historia cap.* LXI. *refertur, quod omnibus in provincia Vingulmork, qui Deo servire nollent, gulam fregerit, nec potentioribus magis quam infimæ sortis pepercerit. De Olai Trygvasonii zelo in propaganda religione, Noster cap.* L. *ubi cum seditiosi subditi, illum ad profana sacrificia adigere vellent, irarum plenus:* Olafur mælti þá; minnumk nu sveinar, & vier aukum blotinn, og blotum eigi þrælum ne gamal menni, er einskis eru verdir: takit nu konar ydrar, eda gaufug menni og gefit Gudunum. *h. e. Rex Olaus attendite jam viri mei dicebat: Sacrificia nobis augenda sunt, nec servi & inutiles senes, quorum nihil interest, immolandi: sumite præcipuos viros, matronasque & Diis offerte, vide Snorr. pag.* 156. *ubi præcipui viri in Norrigia recensentur, quos neci destinaverat nisi supplices facti fuissent, religionemque Christianam recepissent. De pari procedendi modo videatur cap.* XXIII. *ubi Olaus Tryggvasonius se filium Sigurdi Orcadensium Comitis occisurum minatus, si pater religionem non recepisset. Cap.* XXXIII. *igne consumpsit magos, qui in Norrigia famosissimi erant, vide Snorr, pag.* 154. *Cap. eodem. Haraldum Godeyensem, in ethnica cæcitate obstinatissimum, suspendio sustulit, & cap.* 21. *Haraldum Moldafirdensem occidit cap.* XXXIV. *Segridam Storradam cujus nuptias pactus erat, quod Ethnicam superstitionem linquere nollet, non solum reliquit, sed chirotheca sua quoque percussit. Videatur cap.* XLIV. *&* LXXI. *Unde malorum omnium ipsius origo, vide Snorr. pag.* 153. *& nostrum cap.* LXI. *Capite* XLI. *lateri Eivindi Kilda, quod is religioni Christianæ adversaretur, pelvim igne repletam admoveri jussit. Et capite* 52. *viperam cuidam ethnicismo pertinaciter adhærenti, per os intrudi præcepit, qua de re etiam Snorro pag* 162. *Ejusmodi severitatem parum probat Consultiss. Thysius de Celeb. rebuspub. cap.* I. *hoc modo:* Neque Religionis diversitas justa causa belli est. Illa persvaderi debet, non cogi. Præperandus, molliendus illorum animus, qui semel perversam de Deo concepere opinionem. Nulla arma possunt neque debent, conscientiis mortalium dominari. Omnis admodum violentia, etsi causa justa sit irritat contumacem natura mortalium mentem. *Quare merito reprehenduntur Hispani, apud eundem cap.* 18 *quod in persuadenda India populis & Americanis religione Christiana; severitate maxima sæpius usi sint, & quidem majore quam Tangbrandus præsbyter, vel alteri quos*

modo

modo indicavi. Thysii verba ejusmodi, quâ quamvis satis longa, lectu & observatione tamen dignissima sunt. Bello utendum ad injurias propulsandas & ad pacem. Quæsitum an bellum licitum eo titulo ut cogantur aliqui ad Christianam fidem? Quale cruentum illud Hispanorum in Indos bellum fuisse legimus. Religionis percul dubio Christianæ propagandæ causa maxima esse debet, sed hoc titulo bellum indicere, ad fidem cogere, adversatur ipsi legi Christianæ. Ipsa sacra scriptura hoc innuit. Matt. 13. 24. Luc. IX. 54. Naturalibus præceptis non consistunt arcana Religionis Christianæ. Nulla religio metu sed conscientia consistit. Quis autem conscientiam mutabit, nisi qui eam insevit Deus Opt. Max.? Recte dicit canon concilii Toletani, præcipit Sancta Synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferre, cui enim vult Deus miseretur, & quem vult indurat. Injustissimum itaque Hispanorum in Indos occidentales illud bellum fuit. Quid dico bellum? Imo laniena. Quis enim horrendam illam Indorum stragem, & lentam Attabalipæ mortem siccis oculis, vel audit vel legit? Quæ causa? Christiani non erant. Sed an vos dicendi Christiani, qui innocentissimo Sangvine fidem maculastis? an hoc Christianum, promiscue incendiis, rapinis, exquisitissimis cruciatibus in eos sævire, qui ne mortis suæ causam sciebant? Recte regulus Barbarorum Attabalipa judicabat, aut Deum Hispanorum pessimum aut indulgentissimum esse, quod tantis sceleribus conniveret. Ex his apparet quid dicendum sit de bello contra Hæreticos indicendo. Docuimus alibi, quomodo in tua jurisdictione contra hæreticum procedes. Odiosum hinc carnificis abesse debere vocabulum. In hæreticos alterius ditionis, nullum jus, nullum imperium quis habet. Quare neque bellum iis indici poterit. Audi Augustinum cum de Manichæis loquitur: Illi in vos sæviant, qui nesciunt quo cum labore verum inveniatur, & quam difficile caveantur errores. Illi in vos sæviant, qui nesciunt quam rarum & arduum sit carnalia phantasmata, piæ mentis serenitate superare. Illi in vos sæviant qui nesciunt quanta difficultate sanetur oculus interioris hominis, ut possit intueri solem suum. Illi in vos sæviant, qui nesciunt quantis gemitibus & suspiriis fiat, ut ex quantulacunque parte possit intelligi Deus. Postremo illi in vos sæviant, qui nullo tali errore decepti sunt, quali vos deceptos vident. Numquid igitur nulla pro religione bella licita? utique pro tuenda & conservanda, etiam Ethnico, etiam Hæretico. Nulla res tenerior, quam religio Qui eam qualemcunque non conatur tueri, jam scelenatus est. Etiam in pessima religione pius quis esse potest. Quæ omnino tuen-

tuenda: conservanda. Unde & Augustinus existimat auctum à Deo Imperium Romanorum, quod etiam falsa religio illis cordi esset. Neque itaque Ethnicis vel Hæreticis qua tales, bellum recte indicitur.

Hann bafdi quedit quidling Þenna at Logbergi] *Non admodum difficiles fuisse Islandos in fide Christiana recipienda hic locus indicat. Hialto enim Ethnicus ipse, de Diis in Ethnicismo religiosissime cultis, Odino & Frigga, invectivam sequentem composuit:*

Vil ek eigi Gud geya Æ man annat tuiggia
Grey Þikir mier Freya Odin Grey edr Friggia.

i. e. Ego in vanum numina non calumniabor: Freya mihi æstimatur canicula. Alterum certe erit; canis Odinus aut Friggia. Videturque Thorgeyrus Islandiæ Legifer, qui Ethnicus de Christiana pietate recipienda primus legem tulit, non magni majorum suorum religionem æstimasse; nisi huic Legislationi alia forte causa adstruenda, quam & innuere videtur auctor: auri Sacra fames, *Modus & occasio Legem promulgandi satis elegans videtur, quæ relatio ex auctoris Nostri præsenti capite, ubi satis lepida exstat, peti potest.*

Cap. XXXIX.

Þa kom i hollina eirn gammal madur einsyn] *Hostem generis humani diabolum, Odini forma ad Olaum Tryggvasonium venisse, hic legitur: Unoculus enim semper apud Eddam dicitur Odinus, qualis Sol oculus mundi, cujus nomine Odinus cultus, adparet: Cum scilicet à Nobis discesserit nec amplius visibilis est, sepultus videtur oculus iste, juxta Eddam in mimisbrunni. i. e. Aqua quo descendere videtur; oculum vero suum tunc quasi alterum accomodat Nostris antipodibus: vel si mavis, hoc ipso alluditur ad id; quod Sol ultimis Borealibus, dimidio tantum anni tempore visibilis est; altero autem perpetuas quasi tenebras, illi pati coguntur: post quod alacris & calidissimus ad illos iterum redit. De Apollinis bipartito duobus anni temporibus hospitio, ejusmodi Virgilius lib. IV. Æneid. refert:*

Qualis ubi hybernam Lyciam, Xantique fluenta
Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo.
Instauratque choros mixtique altaria circum
Cratesque, Dryopesque fremunt, pictique Agatyrsi.
Ipse jugis Cynthii graditur, mollique fluentem
Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro:
Tela sonant humeris:

Ad hæc Servius : Bene aliud agens, aliud ostendit. Nam constat Apollinem sex mensibus hyemalibus apud Pataram Lyciæ civitatem dare responsa: unde Patareus Apollo dicitur: & sex æstivis apud Delum. *Et mox ;* pictique Agatyrsi. Populi sunt Scythiæ colentes. Apollinem, Hyperboreum, cujus oracula eulogia feruntur. Picti autem, non stigmata habentes, sed pulchri, hoc est, cyanea coma placentes. *&c. Singula hæc notabilia sunt, quæque longam observationem requirerent, quæ tempore commodiori, si Deus vitam & vires dederit, veniet. De Odino videri possunt notæ ad Gautreks Saga, & quæ de cruce lapidi-*



bus Runicis insculpta in singulari breviq; tractatu exposui; ubi de Odino plurima. De Odino etiam Edda; ubi ex sciemate Eddico & relatione Regi Gylvoni facta tres fuisse adparet, illosque summos & pares. Sed notatu quoque dignum est illud sciema, quod Vincenzo Cartari Reggiano, de i Dei de Gli Antichi exhibet, ubi Apollo (Odinus) quadri manus cum cithara & capite radiis illu-

str.to

*ſtrato ac uno oculo clauſo viſitur, cui ad latus ſiniſtrum unus oculus in ſceptro regali ſuper aram collocato. Ejuſmodi ibi illud eſt ſcema ****** cui hæc verba ſubſcripſit auctor:* Imagini d' Apollo ò del Sole ſignificante lui eſſer Dio della prudenza & del potere, & che L' huomo ſavio debbia aſcoltare & operar aſſai, ma parlar pocho è conſignifica amore il Sole cioè Dio tutto ſentire & vedere. *De Odini uno oculo ſic Edda:* Mimisbrunnur er ſpekt oc mannvit er i folgit, oc heitir ſa Mimir er á brunnin, hann er fullir af viſindum, ſyri Þui hann dreckur or brunninum af giallar horni. Þa kom Alfadur oc beidiſt eins drickiar af brunninum, enn hann lagdi auga ſitt i ved ſem ſeigir i Voluſpa:

Alt veit eg Odinn	Morgon hveriann
Huar Þu augat falt Þitt;	Af vidi Volfaudur
I enom mæra mimisbrunni	Vitt Þier enn, eda huad?
Dreckur miod Mimir.	*h. e. Mimis fons ubi ſapientia*

& prudentia cuſtodita ſunt: Mimer enim dicitur (à memoria) qui fontem poßidet, is prudentiam habet: bibit quia quolibet die de fonte ex cornu Giallar dicto: Tunc etiam venit Omnipater, unum hauſtum de fonte expetens, pro quo oculum ſuum oppignoravit, ut dicitur in vatuſtiſſimo Vola:

Omnino novi Odine	*Mane quolibet*
Ubi oculum amiciſti,	*Quod in ſe pignus habet patris ſtragium (Odini)*
In magno illo Mimeri fonte	
Potas mulſum Mimeri	*Intelligitis adhuc nec non? His conveniunt ver-*

ſus quos exiſtimant Sibyllinos eſſe:

Haud ignara ego ſum ſervati luminis Othin:
In liquido magni dulcoris fonte Mimeri,
Matutinali libas cum tempore multum,
Cæſorum de vite patris: nec talia ſcitis?

Prudentiam Apollini adſignat Virgilius, idemque facit Vincenzo Cartari Regiano & Edda. Videatur quoque Voſſius de Idololatria lib. 2. de Sole & Apolline. Regi Olao Trygvaſonio, de Rege Ogvaldo ante complures annos occiſo, vera retulit hic malus hoſpes ut deinde comperit Rex. Idemque illi maxime conveniebat; mortuorum enim & bello occiſorum receptator, Odinus in Edda & apud alios perhibetur: Quod etiam Phœbo apud Mythologos, ſed infero (ſeu Plutoni) competit: qua de re Schefferus aliqua in Upſala antiqua; & multo dilucidius Clariſſ. Rudbek in Atlantica.

Fylke] *Quanta provincia fuerit Fylke, apud alios non ita bene reperitur, ut apud hunc Nostrum*: Enn þat er Fylki kallat med Nordmonnum, er gera má af tolf skip, allskipud af monnum oc vopnum, oc á hveriu skipi sextigie manna, edur siuatigie, sem þa var sidur til. *i. e. Fylke apud Norrigos ejusmodi districtus nominatur, qui duodecim naves omnimode, viris armisque instructas educere potest, & esse debebant sexaginta vel septuaginta viri in qualibet navi, ut illo tempore receptum erat.*

I þui jòp fram af hans lijkama eirn mikill hiortur] *Refert auctor ex Thoreri corpore sagitta sauciato, ingentem cervum proruþisse & â cane Vige retractum, quem tamen pessime cornibus sauciaverit, qui deinde â cane Vige neci datus est: In quo paradoxa & adoxa narrata videntur. Alia est Snorronis relatio, tam de Thorero quam de cane pag. 161. Thorerum nempe, potentem Norrigiæ virum sed Ethnicum: à pedum velocitate* Hiortur *(id est cervum adpellatum) ob impietatem suam ab Olao male habitum, eundemque cum armis se defendere tentasset adversus Olaum, viribus se superiorem; de fuga ex navibus cogitasse, & â cane fortissimo velocissimoque Vige comprehensum, retentumque in domini adventum, cane tamen ab illo, gladio pessime vulnerato; quæ omnia veritati magis conveniunt. Sed suas parum credibiles relationes in fine capitis excusat auctor, ad magiam tales eventus referens: Quodque notabile in Illo est, cum multa hujus generis miracula retulisset; dicit hostem generis humani, visiones hujusmodi hominibus exhibere, cum res ipsæ tales tamen minime fuerint. Quæ ipsius adsertio, ad quædam alia ipsius non incongrue referenda videtur. Snorronis Relationi convenit Helgonis ab Hujafelde cap. 375. in vita Olai Trygvasonii hoc modo.* Konger rann epter þore, og med honom hundur hans Vigi: þa mælti Kung Vigi taktu hiortinn. Hundurin hliop fram epter þore, og þegar upp á hann. þorer nam stadar vid. Kong skaut þa eptir þore med Kesiu sinne; i þui lagdi þorer Hiorter sverdi til hundsins, og veitti hannm mikid sár. Enn jafnskiott flaug Kesia Kongs under hond þore, so ad ut stod odderin um adra sijduna. Liet þar þore lijf sitt, enn Vigi var borin sáår til skipa. *h. e. Thorerum insequebatur Rex una cum cane suo Vige: Rex tunc dicebat, Tu Vige cape cervum. Canis Thorerum arripuit. Thorerus substitit; Rex ad Thorerum Kisiam* (gesam) *suam misit; hocque ipso momento Thorerus Hiort, gladio canem appetiit, pessimeque vulneravit; Sed Kesia Regis latus ipsius penetravit. Occubuit his Thorerus, canis autem Vige saucius ad naves deportatus est.*

Cap. XLII.

Burislaus Kongur af Vinlandi bad Þyri fyster Svens Kongs af Danmork] *Thyram quam sibi uxorem duxit Olaus, sororem Svenonis Regis Daniæ, auctor noster hoc capite ter nominat, & cap. 58. quater. cap. 61. Semel. Idem facit Snorro pag. 169. terr. item Husafeldense Chronicon. uti quoque citatis locis de nuptiis ejus cum Olao Tryggvasonio, & filio illis nato meminerunt. Unde mirari licet, quare Saxo illam filiam Svenonis semper faciat, negatamque Olao dicat. Horum testimonia mihi pluris sunt, quam Saxonis hac in re semper contraria falsaque relatio, & sibi parum constans.*

Cap. XLV. XLVI. XLVII. XLVIII. XLIX.

De *agilitate, fortitudine & pietate Olai his capitibus, & de arte ipsius urinatoria & promptitudine scandendi altas rupes, auctor operose agit, has omnes in Illo virtutes; prædicatione dignissimas, plerasque aliis locis attigi, ut hic supervacaneum sit actum agere. Singulas cap.* XLVI. *hoc modo compendio auctor comprehendit.* Þat hæfir oc at seigia er mikils er vert, at Olafur Kongur var opt Þess vanur at Svimma i brynio finni, oc fara ur henni à Kafi: enn Þa er hann bardist, Þa tok hann à lopti Kesior oc òrvar, sva vinstri hendi sem hægri, oc sendi aptur jampt badum hondum: Hann var hverium manni fimari oc skiotari oc i bardaugum roskvari oc snarpari, oc Þo at eptir sie leitat um heim, Þa mun eigi finnast Þuilikur madur at allri atgerfi oc hreisti à ollum Nordurlondum. Oc er hann sigldi Þa var hann byrsæll. Oc sua seigia menn at han sigldi Þat opt à einum deigi, er adrir sigldu tuo edur Þria, oc i morgum lutum var hans gift um fram adra menn. *h. e. Hoc quoque quod præclarum est, referre convenit, Regi Olao sæpe adsuetum fuisse cum lorica natare, illamque in maris persundo exuere, cum autem prælio interesset, hastas & sagittas in sublime projectas, leva æque ac dextera excipere, & ambabus simul remittere. Omnium erat celerrimus promptissimusque, inque præliis animo viribusque pollens, acerrimusque: & quamvis sollicite quæras, in omni tamen solertia & gloriosis facinoribus, parem in omnibus Borealibus terris non invenies. Cum navibus veheretur, ventum semper secundum habebat: referuntque illum, tantum itineris die uno mari profectum, emensum fuisse; quantum alii diebus duobus aut tribus conficere possent; in multis autem rebus aliis præstabat. Hæc de re etiam Husafeldens. cap. 356.*

CAP. L.

Olafur Kongr hafdi fylgt dottur Jarnskeggia af Yriom] *Jarnskeggium hunc occiderunt milites Olai Tryggvasonii, quia is cum ceteris seditiosis subditis; Regem suum ad ethnichas superstitiones adigere vellet. Fuisse autem filiam illius Olai concubinam, hic legitur. Sed refert Snorro & Husafeldensis, illum Gudrunam hanc Jarnskeggii filiam, in uxorem duxisse, idque in reconciliationem ob occisum patrem, illamque postea vitæ Olai insidiatam. Sed illo occiso, ceteros subditos ad fidem Christianam & obedientiam, Olaus vi armata adegit, ut illo pacto Illam Illi adsociatam fuisse, haud verisimile videatur. Adparetque verior causa, quod ab Illo abacta fuerit, quia graviter ferret patris sui necem, & hoc tempore uxorem legitimam, illamque optimam, Thyram duxisset; ut in fine capitis memorat auctor.*

CAP. LIII.

Til þess Kongur fell til fota biskupi] *Atrocissimum videtur factum Olai hoc capite, ubi canibus hominem feriendum exposuit, quod submissione ad pedes episcopi, apud Deum parum expiatum, credibile: Ex hoc tamen loco episcoporum, primis quoque Ecclesiæ temporibus, imperium observari licet, quod sequentibus ad summum evectum est fastigium.*

CAP. LIV.

Gudriodur son Erik Blodöx] *Historia quæ hoc capite refertur de Thorgeiro & Hyringo in notis ad cap. 2. memini: fuit illorum factum satis fidele & ingeniosum, quod tamen paulo aliter à Snorrone refertur, videatur auctor; cui tamen cum Nostro de eo convenit, quod Gudriodum interfecerint.*

CAP. LV.

Fra Olafi Kongi oc Þor] *Ut relatum est cap. XXXIX. hostem generis humani ad Olaum Tryggvasonium Odini forma venisse, ita illi hic Thoronis forma adparuit. Eadem enim tum quà formam, tum quà actiones in Edda de illo referuntur. Et cum Nostrorum Thoro, Romanorum Jupiter fulminant fuerit, utique quidquid de se hoc capite, ob Gigantomachiam Thoro jactat & Edda prolixe describit, id Poëta Latini Jovi suo attribuunt. Ovid. Metamorph. lib. 1. Fab. V.*

Neve foret terris securior arduus æther;
Affectâsse ferunt regnum cæleste Gigantes,
Altaque congestos struxisse ad sydera montes.

Tum

Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum.
Fulmine, & excussit subjectum Pelion Ossæ.
Obruta mole sua cum corpora dira jacerent; *&c. videatur Gigantomachia Claudiani. In Ovidii relatione explicanda elegans est Farnabius, hac ad illos ex mythologiis Latinis adstringens, qui in turri Babylonica extruenda operati sunt. Sed in Borealibus terris primis temporibus exstitisse Gigantes, nemo veterum adserere dubitat. Vide Arngrimum in Crymogæa & Hervarar Saga in initio, Notas ad Hervarar Saga, Gautreks & Thorsteins, ubi etiam horum plerosque, post immigrationem Asiaticam deletos legitur. De Thoronis malleo (i. e. fulmine) Gigantum terrore, in ordinem eos redigente, eadem quæ præsenti capite apud Eddam Hafniæ editam mythologia* XIX. *memorantur. Sed cum textus in manuscripto quod habeo, integrior aliquanto videatur mihi cap.* XVIII. *illum huc adscribam.* Þor akur i reidini, þa er hann fer i Jotnaheima, enn hafranir draga reidina, Þui heitir hann Aku-Thor: hann á oc Þa Koffgripi: ein er hammarin miolnir er Hrimþuſſar oc Bergriſar kienna er á lopt kiemur, oc er Þad ey undarligt, Þui at Þar med hafur hann lamdan margan haus, à fedrum Þeira oc frændum. *&c. h. e. Thor rheda vehitur cum Jotunheim (terram gigantum) petit, rhedamque trahunt capri, hinc dicitur Thorus vehens: Res pretiosas quoque habet: una est malleus Miolnerus quem Gigantes & Cyclopes agnoscunt, quando in aëre vibratur. Nec mirum; illo enim plurima illorum capita, parentum & cognatorum fregit. Rufam illum habuisse barbam, illamque ab Ethnicis invocatam ut habet auctor Noster. Edda quoque memorat. Plures Thorones fuisse Edda suggerit; dicitque illum qui cum Odino tertio in septentrionem venerat, ex nomine* AukuÞori Aſaþorum *nominatum. Hoc notatu dignum ex Neuhoffs descript. Sinæ cap.* XVII. *quod ab illis adhuc quidam Deus fulminans colitur, quem etiam malleum qualem Thorerus, habere perhibent, qua de re ejusmodi istius auctoris verba exstant.* Die stadt Lüichen in der provintz Quantung, hat ihrem nahmen vom donner und blitz / weil es daselbst / das gantze Jahr durch / über die maßen hart donnere. Daher die Einwohner / dem geist des donners und blitzes zu ehren / einen schönen Götzen tempel gestifftet. Denn es fabuliren die Sineser, daß ein gewißer Geist / über donner und blitz das gebite habe / welcher ein stuck von zerbrochnen hammer herunter verse / daß sey der blitz / und mitt solchem hammer schlage er auff eine große trommel / das sey der donner. *Sanctum Olaum & Ericum apud illos quoque coli, illius auctoris pag. 90. exprimere videtur:* Im eingange oder verhoff diser Pagoden (*Kuel Kiasli Miao*) stunden zween ungeheure reisen an beiden seiten gegen einander über/

 die

die aus gyps formiret / und schrecklich große flecke varen. Der eine hatte mit eine großen und abschüllichen drachen (*Margyger in Olofs Saga hin minne: h. e. Monstrum marinum*) Zu thun / velchen er so gewaltich zu bodene warff / und so fest mit dem fausten gefastet hatte / dar es scheine / als ob er ihn / vie ein Zweiter Hercules (der von solchem ungezieffer alberett in seiner wigen angefallen) Zerknirschern und zertreitern volte. Der ander hatte einen zwerg oder gar kleines männlein unter den fussen ligen / und drewete denen / so ihn ansahen / mit ser verstelleten scheußlichem grimmem gesichte / dazu mit einem in der faust habenden bloßen hauwenden swerdte / dergestalt / daß die blöden und furchtsamen Sineser kaum ohne furcht und schrecken / in diß Gotzen haus treten / und bey bildern hingen können. *&c. Sed sancti Olaus & Ericus gigantes non fuerunt, at fortißimi tamen heroes. Et Olaus monstrum quoddam marinum, quod multis necem intulerit, in Carlsarosi (i. e. initio amnis Carlsåå) superavit; Ericus autem Ethnicos plurimos armata manu ad veram religionem reduxit. Unde in templis Nostris adhuc ab illis temporibus servata sculptilia inveniuntur, quæ illos huic relationi haud absimiles exprimunt. * * * * * Et cum à Nostris longißime distent Sinenses, locorum distantiam ad fingendas imagines istas majores quam oportebat, aliquid contulisse credibile. Idem tamen Neuhoff imagines his similes se alibi quoque in Sina vidisse narrat, quæ ad magnitudinem modò memoratorum non accederent.* Noch zwey dergleichen risenbilder / von der selben materie gemacht; aber etwas kleiner / sahe man auch in tempel selbst zum Prunck stehen. *Sed in hac re indigitanda longior fui, occasionem dedit Thoronis malleus, de quo alibi plura memoranda. Singula non minimum faciunt ad confirmanda illa quæ de commerciis & amicitia cum Indis ad cap. 2. adnotavi.*

CAP. LVI.

Trolla kattur] *De hominibus falso monstris creditis; Nostris* Bergtroll *dictis, hoc caput agit: Non enim verbum hoc ita late hic accipio, ut faciunt Lexicographi Latini. Homines autem fuisse monstra illa, de quibus loquitur auctor præsentis capitis, existimo, qui tamen ab aliis hominibus, moribus & institutis differebant, qualem Cacum & Polyphemum describit Virgilius*, monstrum horrendum ingens: *Quod autem unoculus dictus sit, de prudentia ipsius intelligendum, coarctatis enim in unum sensus, acriores existunt: videatur Serv. ad Virgil lib 3. & si lubet quæ ad Thorsteins Saga adnotavi de monticolis. Vult autem Perottus*, monstra esse proprie, quæ contra naturam fiunt, ut

ut si homo cum bruti capite pedibusque nascatur. *Apulejus in Florid. monstrum* de impuro homine *ponit, ubi de Marsya & Apolline agit. Sed hæc ad nostri auctoris relationem parum accommodari possunt. Homines enim ut dixi hic innui credo, sed magos, monticolas & Christianam pietatem fugientes, homines nequam, qui quotiescunque vellent, præsentes dispalescere possent, aliisque multis modis obesse, unde ob ignaris pro malis geniis habiti: Quare etiam Husafeldense Chronicon de apud Nostrum memoratis:* Þa tok til orda eirn af illum ondum og sagdi: *h.e. unus de malis geniis dicebat. Cum autem diabolus spiritus quidam sit, humana membra ei convenire non possunt, nec actiones quæ ab hominibus perpetrantur. Refertur enim hic, comites Olai studio videndi veneficiis deductos* (sic istos homines adpello) *sylvam noctu intrasse, ubi ignem viderunt ex rupe quadam lucentem, viderunt & veneficarum cœtum; cujus præses vel antesignanus de Rege Olao Tryggvasonio orsus, an scirent interrogavit, Illum ad partem hanc Norrigiæ Numodalensem accessisse, ut illos de possesionibus suis abigeret? Hoc se non latere responderunt; Illique imprecati ob duritiem in se; quid illis denique cum Olao & comitibus illius intercesserit retulerunt. Una vel unus* (in masculino enim genere de veneficis istis auctor aliquando loquitur, ut tam viros quam fœminas fuisse credam) *dicit se domum habuisse in provincia Gulardal, amicitiamque cum comite Haquino coluisse, multaque munera ab Illo accepisse, eoque occiso, Olaum imperium Norrigicum occupasse: cumque in confinio habitationis suæ, aulici Olai ludos sæpius exercerent, se etiam ludis accessisse, sed invisibilem plurima eis mala intulisse, ultimoque à quodam ex illis castigatam. Altera dicebat se formosissima mulieris specie ad Olaum accessisse, venenosumque potum ipsi exhibuisse, sed illum dolum subodoratum, verberibus illam adflixisse. Tertia retulit, se quoque adsumpta sibi egregia forma ad Olaum venisse, illoque jubente pedes ipsius fricasse & illum circumvenire studuisse, sed libro quodam in capite sic percussam, ut erecto deinceps capite nunquam incedere posset. Hæc Olao ab aulicis illius audita, cum exponerentur, omnia quæ retulissent vera agnovit; ipsisque interdixit ne alia vice, ejusmodi se curiositate explerent. Nihil horum dæmonibus convenit, vel monstris, uti quidem illa à Latinis scriptoribus delineantur, sed potius magiam quandam hæc innuunt. Qui enim potuisset prima illa domicilium in Gulardal habere & cum Haquino amicitiam, luctamque cum aulicis Olai exercere, suo cum incommodo, nisi homo fuisset? dicit enim se invisibilem ad illos accesisse; quæ ars Veteribus familiaris satis fuit. Altera pulchri coloris fœmina habitu sibi adsumpto, venenum Olao potandum dare voluit, & præmii loco verbera retulit: idem tertia ob suam fraudem: Quæ omnia spiritibus non conveniunt. Precibus Olai & Episcopi, potentiam*

 ut &

ut & consortia harum veneficarum, nam plures fuisse, credibile; imminutam auctor refert. In Olai Crassi historia paria cap. 177. *leguntur. Sed ut maligni spiritus precibus abiguntur, ita etiam veneficarum proposita eodem remedio irrita posse fieri, Nos qui Christianam pietatem colimus, sine aliqua dubitatione credimus. Locus citatus ex Olefs Saga, ejusmodi est.* Brusi segir ero setter er heita Gröngar, oc ma þar engin madr vera um nættur, for trollgangs sakir oc meinvetta, er þar ero à setrino. *h. e. Prædium hic habemus quod Gröngar nominatur, ubi tamen nemo pernoctare potest propter Veneficas & maleficos. Precibus suis Regem Olaum Crassum obtinuisse, ne ipsi vel suis officerent ibid. legitur. Cap.* 144. *in eadem historia, Thorerus Arnliotus, monstrum vel veneficam pessimam, hominum voratricem & gigantheo corpore præditam, hasta transfixit. In Grettla capite* LXI. *memoratur Gretterum veneficam ejusmodi interfecisse, cum illa vim illi inferre tentasset: subque flumine in montis spelunca maritum ipsius reperisse, quem & neci dedit: invenit etiam in spelunca illa ossa humana; reliquias illorum quas illi devorassent, quæ ossa ille sepulturæ mandari fecerat. In eadem historia de Halmundo fortissimo viro cap.* LIV. *Legitur, illi domum in rupe fuisse, illum corpore & viribus aliis præstitisse, invisibilemque se efficere potuisse, quod & fecerat cum Grettero auxilium ferret adversus octoaginta viros, etenim neque Grettero, neque adversariis ipsius tum adparebat, ac nihilominus occidente Grettero sex viros, hic à tergo Gretteri sedecim stravit; nec sine gravibus vulneribus à pugna discessit; videndum enim se Grettero postea exhibebat, domumque illum invitavit, quæ erat in rupe quadam, ubi quoque filiam habebat jam viro maturam, patri quoad staturam simillimam. Huc quoque pertinent quæ de comite Oldenburgio in Notis ad Thorsteins Saga cap.* V. *ex historia Oldenburgica adscripsi, & quæ de primo ex Trollorum familia ibid. retuli. Hujusmodi homines venefici, aliis (ut modo dixi) non adparebant, quam illis quos* Ramskygner *dicebant veteres, h. e. qui solida & opaca visu penetrare possent, id quod arte magica factu facile tum fuisse, creditur. Vide quæ ad Thorstens Saga notavimus cap.* V. *&* XXII. *Ubi cap. scilicet V. De Simone Mago paria ex divi Clementis recognitorum lib. 2, citavi. De formarum mutatione Mela quoque lib.* 3. *cap.* VI. *apud Scenæ incolas mirabilia refert. Lucianus & Apuleius ejusmodi relationibus neque carent.*

Cap. LVIII.

Sigridr mælti, med velum skaltu sigra hann, oc mantu sigra hann um sidir] Vel *hoc loco fraudem significat; monetque Segrida Storrada, Regem Olaum fraudibus superandum, cum vi aperta Rex Sveno Tiugeskegg nequia-*

nequiret. Vel *Jonas Rugmann inter monosyllaba Islandica explicat*, pragma, dolus, stratagema, dicitque in antiquis pro omni arte & sapientia accipi. Vel *antiquissimis dictum, per Viel jam effertur. h. e. fraus, dolus: hinc* Vielgior, *fraudulentus*; Vielkunugur, *vafer*; Vielasmidur, *fraudium artifex*; Viela-råd, *consilium subdolum, fraudulentum*; Vielrædi *fallacia*; Vielare *defraudator, vir fallax & lubricus*; eg viela. *defraudo, fallo*; Vieladur, *defraudatus, a, um*; Vielan *defraudandi actus*: Vielande, *defraudans, aturus, andus*; Vielfindni, *stratagemata: ab hac significatione differt* vel *benè: unde* velgångur, velfellne, *fortuna dextra*: Velborem, *Vir nobilis, vir quadratus*; Velstand, *Res prospera, successus optatus. Quid* vel *vel* viel *possit, Drama* Εξωτικόν *eleganter exprimit hoc modo, ubi initio*: Þorf gerir margs at friesta, ok viel hialper opt sinom Drotni. *h. e. Omnia jam experiri necessum est, sæpius enim artes, cultori suo profuerunt. Et aliquibus interjectis*: Nu fyrir Þvi er hon jattar ægi fyrst Þinni roedo, Þa haga sua med vel, eda Þioncan, at hon jatti Þeir: vel fylgir levisum manni? vel lægir hardan hug: vel brytir storar borgir: vel fellir stora stolpa: vel lyfar tungri byrde, ok med vel er siskir tekin, er undir skirri baro er: ok med vel fer madr Þurrum fotum um haf, ok i morgum lutum stodar manni vel ok Þionkan; med vel fuedis margr madr: vel lægir hausdingia vælde; ok med vel getir lekr mader hausuds sins; ok med vel gleds sæll, sa er vanr var grata velall; ok med vel rijdr nu sa prudr, er vanr var ganga fatoklega; ok Þat er engi frænder ma gefa, Þa gefer Þat idugliga idn. *h. e. Si primo se difficilem tibi exhibuerit, arte & servitio animus illius tibi parandus erit: urbano & sagaci homini, nulla difficultas non superatur; astu dura mens devincitur. Dolis maxima fortalitia destruuntur: pragmatibus prægrandes columnæ disjiciuntur: arte sublevatur grave onus: astu pisces claris undis extrahuntur: Sollertia maria siccis pedibus transfretantur, inque multis, artes & serviendi promptitudo profunt: sapientia plurimi cibum sibi comparant: Industria magna imperia sustinentur: prudentia exul vitam & bona sua, salva tecta conservat: arte miser difficultatibus suis finem latum imponit: prudentia equo vehi consequitur, qui prius pedibus incedere cogebatur: quodque nulli cognati tribuere possunt, id sollicita perspicacitate obtinetur.*

CAP. LIX.

A Þeim sim årum er Olafr Kongr red Noreg] *Refert auctor Regem Olaum Norrigiæ quinque annis præfuisse, illoque tempore Norrigos in omnibus felicissimos fuisse, adeo ut etiam dicat*: Þa let almattugr Gud sua mikla

 for-

forſælu ſkijna yfir landit ollum godum hlutum, bædi i avexti jardarinnar oc blidleik loptſins, at aldrei ſeingo þeir huarki adur ne ſidan, þuilika farſælu. *h.e. Tantus proventus & felicitas terræ, illius regiminis tempore, beneficio omnipotentis Dei fuit, tam in agrorum fertilitate, quam etiam aëris ſerenitate, ut nunquam nec ante illa tempora, nec poſtea ejusmodi exſtiterit. Borealibus autem mos fuit, ut & bona & mala tempora Regibus & gubernatoribus ſuis adſcriberent. Videatur Snorro cum ceteris Borealium rerum ſcriptoribus pasſim. De Norrigis & Erici Blodòx filiis Sanct Olafs Saga cap. XIII. Huſafeldenſe Chronic. in vita Haraldi Grafeld. De Sveonibus Snorro pag. 30. & Chronic. Huſafeld. de Olao Tretelgiari &c. Quod Regentibus felicitatem ſeculi & infelicitatem adſcripſerint veteres vide Gruteri diſcurſ. ad Tacit. & Onoſand. 2. elegantiſſ.*

Þa ek var barn oc mier komo tennur upp, þa var mier giefit fe] *Ubi excreviſſent dentes parvulis; Borealibus moris olim erat, illos dono aliquo latificare. Vide Notas ad Herrauds & Boſa Saga in voce Tannfie. Tyra itaque Sorori adhuc parvulæ, munera Rex Daniæ Sveno Tiuffeskegg promiſerat, quæ ut Olaus exigeret, hic rogat Tyra. Haquino comiti Norrigenſi, ejuſmodi de cauſa datus erat ſervus Thormodus Karker, vide Snorronem & Huſafeldens: qui poſtquam longo tempore ipſi inſerviſſet, Haquinum perfide occidit, & ob hoc, juſſu Olai Tryggvaſonii, ſuſpendio ſublatus eſt, quod & ipſi ante obitum à comite prædictum erat, referente Noſtro & modo citat.*

Cap. LX.

Sua ber opt til at þeir er ſvadaſameleigir eru luterner, þeirra miſſa menn opt ſkiotaſt] *h. e. Verisſimum hoc eſt effatum: rerum optatisſimarum delicatarumque amiſſio ſæpe propera eſt: cui ſententiæ haud infacetior quæ ſequitur hoc eodem capite, ab eodem cæco ſene in inſula Moſtur prolata:* Aullum verdur þat þá er ellaz ſagdi hann, at eigi at eins tekur lijkamliga ſynena fra, heldur verdum vier at þola oc reina þoku oc myrkur hugarins. *h. e. Seneſcentibus hoc evenit omnibus, ut non ſolum oculorum viſus imminuatur, ſed animi etiam nebulas & tenebras pati cogantur.*

Cap. LXI.

Explicatio Domini Gudmundi Olai Tranſlat. Reg. ſuper Cantilenas quæ Olai Tryggvæ filii hiſtoriæ inſunt.

2 3 1 5 Hár vardar þu hiorvi 4 6 7 Haukey lifva oc deya	*Tu altus (eminens excellens: ſcilicet Rex defendis Hökeyam, gladio vivere & mori, i. e. Vivens moriensque.*

Cap. LXII.

Cantilenam Haldori Ethnici hoc capite citatam, sic interpretatus est idem.

7 9 12 11
Onnar fór oc einom
14 2 10
Unn-viggs Kongur sunnan
4 3 1 5 6
Sverþ rauþ mætur at morþi
8 13 15
Meiþi, siotyio skeiþa: al Siautugum
21 27 25
Þá-er hun-lagar hreina, al Hanum.
23 22 24
Hafþi Jarl ofkrafda, al Krafdan
18 19 16 17
Satt geck seggia ættar
20 26 28
Sundar Konunga fundar.

Collectio vocum:

Mætur Kongur sa er suerþ raud at morþi, onar meiþi for sunnan einom oc siotyia unnviggs skeiþa; Seggia satt att ar gecc sundur þa er Jarl hafdi ofkrafda hreina Konunga hunlagar fundar.

Meningen à Islensku.

Mætur Kongur (*h. e.* Olafur Tryggvason) sa er raud sverþ at morþi onar meiþi (þad er: riodrade sverdinn; mannenna blode so þeir dou) for sunnan (þad er fra sudurlondum sem var Vindlandu) einom oc siotyio unnviggz skeida (Siolskipum eda herskipum) Seggia ættar (mannanna) satt geck sundur, þa er Jarl (Sigvalde) hafde afkrafda hreina Konunga (Olof Tryggvason Noregs Kong, Olaf Scenska Svia Kong, og Svein Dana Kong) hunlagar fundar) þad er siolkipa fundar.

Sensus latine.

Rex egregius (Olaus scilicet Tryggvasonius) qui rubefecit gladios sangvine hominum (ita ut morerentur) è meridie (i. e. regionibus meridiem respectu Norrigiæ spectantibus Vindlandiâ scil.) profectus est navibus (longis actuariis vel militaribus) præter septuaginta unâ. stirpis humana (hominum) pacificatio vel concordia dissolvebatur, quum Comes Sigvaldus exposcendo intruderet Reges sinceros (Fraudibus alliceret) Olaum Tryggvasonium regem Norrigiæ, Olaum Sænska Suecum, Suecorum Regem, atque Svenonem Danorum ut navibus concertarent. (congrederentur.)

Cap LXIII.

Parem huic, de præstantia & magnitudine Navis Ormin longa & ceterarum navium, quas habuit Olaus Tryggvasonius, vide relat. in Snorrone & Husafeldens.

CAP. LXIV.

Er þad eingum manni bleidi, at hann ætli hof fyri sier) *Verba sunt Thorkilli Dydrili, quibus Olaum ad fugam capescendam animare voluit, quæ in latinam versa sic sonant: Nemini vitio vertendum si ea tantum aggrediatur, quæ viribus suis conformia videntur: sed majori præditus animo Olaus, quod svadebat exaudire noluit, suo suorumque malo, dicit enim*, ecki skal á flotta hyggia. *h. e. De fuga nequaquam cogitandum est. Juxta Alexandri illud apud Curtium:* Ignavos timor decet. *Et Seneca* Rex est qui nihil timet. *Quo accedit illa Zevecotti Obs. polit.* Nihil est periculosius quam timorem fateri maxime in prælio, ubi illud Maronis, duci vehementer observandum:

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

Quibus convenit dictum Olai apud Nostrum cap. LXIX. Han quadst ey flya skula, þui at riettur Kongur á ey at flya. *i. e. Fugam se non capturum dicebat, legitimo enim Regi, fugam capescere non convenit. Pari modo loquutum Olaum Crassum in ipsius histor. cap. 185. legitur*, þat er Kongs frami at sigrast at uvinum sinum, enn vegligr daudi at falla i orosto med lidi sino. *h. e. Regium est superare inimicos suos, honestaque mors cum suis in prælio occumbere. De Haquino Adalstein Husafeld. Chronic.* Hakon Adelstein quadst halldur vilia bida med þad lid er hann Kynne, enn lata þad synast ad hann flydde fyri þeim. *h. e. Haquinus Adalstein dicebat, se potius velle hostibus obviam ire cum copiis quas ad manus habebat, quam animum trepidum & fugæ intentum ostendere. Rolfi Sveoniæ Regis par fortitudo in Gautreks Saga cap. XL. memoratur. Magni quoque Barfots verba apud Snorronem cap. 27. Satis elegantia sunt;* þad er sagt ad eirn af vinum hans bad hann ad fara varlegar og giæra sijn i bardaga, hann suarade. Til Sigurs skulud þier Kong hafa, enn ecki til langlijfis: þar med meinte hann ad Kong bæri ad standa epter nafnfrægd og æfinlegre minningu, med manndoms verkum, framar enn lónguni lijfdógum. *h. e. Relatum est quod quidam amicorum ipsius, rogaverit ut cautius procederet, sibique in præliis caveret. Cui respondit: Regem victoriæ cupidum, quamvis vita breviori habebitis. Quibus verbis significare voluit, Regem bona fama, & memoria apud posteros ex virtuosis actionibus, studere magis oportere quam longa vita. Quod & de se dicit Alexand. Magnus apud Curtium lib. IX. cap. VI.* Ea stirpe sum genitus, ut multam prius, quam longam vitam debeam optare. *Hujusmodi fortia veterum Regum dicta, sæpius occurrunt in antiquis scriptoribus: quæ non sine ratione prolata; tam illa quæ prius attulimus monstrant, quam*

quam & Seneca consolat, ad Polybium cap. 24. his verbis adprobat. Quod duces magni faciunt, rebus affectis, ut hilaritatem de industria simulent, & adversas res adumbratâ lætitia abscondant, ne militum animi si fractam ducis sui mentem viderint, & ipsi collabantur.

Cantilena hoc capite nominatæ, eodem interprete sic intelligenda.

1 6 7 13 14
Þár hyck vist til miok millu, (misto)
2 3 4 5
Mórg drott kom á flótta,
8 9 10 11 12
Gram Þann er Gunni framdi, (framÞi)
15 16 17
Geingis Þrænskra dreingia; (Þronskra)
18 20 21 22 25
Næfur va einn viÞ Jófra (nœfur)
19 23 24
Allvaldur tuo snialla, (tua)
33 32 30 31 35
Frægur er til sliks at seigia (frogur vel fiogt)
34 26 29 27 28
SiÞur, ok Jarl hinn Þridia. (siÞann)

Collectio vocum.

Þar morg drótt kom á flótta, hyck vist Gram Þann, er gunni framdi til miok millu (pro *missa*; præterit. Indicativi pro infinitivo) geingis Þrænskra dreingia. Næfur allvaldur va einn tuo snialla Jófra, ok hinn Þridia Jarl: til sliks er frægur sidur at seigia.

Meningen.

Þar mórg drótt kom á flótta (Þad er: Þar sem mikill fiólde lids var á flótta rekenn) hyck (hygg ek) Gram Þann, er gunni framde) Kong Þann er orostur og bardaga hade, meinande Olaf Tr. Son] til miok missu (allt of miog missa) geingis Þrænskra dreingia, (fylgir Þeirra Þrænsku hermanna) næfur allvaldur (yferburda mikill Kongur sem var Olafur Tr. Son] va eirn vid tuo snialla Jófra (bardist eirn vi tuo mektuga Konga sem var Olaf Sænska ok Svein Dana Kong) ok hinn Þridia Jarl. (Jarlin Eyrik Hakonar son) til sliks er frægur sidur at seigia (soddann er vert ad hrosa.)

Sensus.

Ubi multus populus in fugam venit (ubi ingens multitudo exercitus in fugam agebatur) spero (existimo ego) Regem illum qui pugnavit (atque nominis claritudinem bellu adeptus est scil. Ol. Tryggvasonius valde amiserunt (pro, proh dolor amisisse) Thrandhemensium comitatum vel assistentiam: emineus omnie

potens (admodum excellens Rex, scil. Ol. Tr.) unus pugnavit cum duobus Regibus præpotentibus, Olao Sænska & Svenone Danorum rege, atque tertio comite Erico Haquini filio. Talia decantanda sunt laudibusque celebranda summis.

4 3 2 1 5 10
Geta skal mals þess er mæla
6 14 15 16
Menn at vapna-sennu (Senno
12 11 13
Dǒlga-fangs vit dreingi (viþ
8 9 7
Daþ-oflgann gram quaþo:
19 17 22
Baþ at hertryggvann hyggia, (trygþar
18 20 21
Hneckir sina recka
24 29 25 26
þess lifa þióþar hressar. (sessa
27 28 23
þrottar orþ á flótta.

Þess mals skal geta, er men quaþo daþ óflgann Gram mæla viþ dǒlga-fångs dreingi, at vapna sennu: her-trygþar, hneckir baþ at sina recka hyggia á flotta, þess þióþar hressar (sessa) þróttar ord lifa.

Meningen.

Þess mals skal gera er menn quaþu dadòflgann Gram i dadum styrkvann (dygdum pryddann Kong) mæla vid dǒlgafångs dreingi, (vid sina menn, sem þa attu ad beriast vid ovinina) at vopna sennu, (i bardaganum) her trygdar hneckir) sa sem óvina hersins truskap og sambellde eyder, heptir, hindrar og sundurdregur. scil. Kongurinn Olafur Tryggvason) bad at (bad teke) sina recka (sina menn) hyggiá á flótta: (þeinkia uppa ad flya, edur undann ad leyta) þess þiódar sessa (þess yfirmann, folksins, i. e. Kongsens) þrottar ord (hreysti ord) lifa (eru ennu uppe.)

Sensus.

Jam illius verbi mentio facienda, quod perhibent virtutibus fortem atque ornatum Regem dixisse, ad inimicorum captores (i e suos milites, quibus tum temporis cum inimicis confligendum) in armorum lite vel contentione (i. e. bello vel conflictu) Exercitus fiducia impeditor. (qui exercitus inimici fidelitatem & concordiam annihilat, impedit, disiungit, distrahit: scil. Rex Olaus Tryggvasonius.) Non rogavit suos milites de fuga cogitare, illius præsidis populi i. e. Regis heroica dicta adhuc vivunt (sunt in ore omnium.

Fyl-

2 1 4 5
Fylgda ek Frijſa-dölgi, (fylgd ek
12 11 3 8 9 10
Feck ek, ungur þar er ſpiœr ſungo, (ſpiót
30 31 32 33 34 35
Nu ſiþur òld, at ek eldumk (eldunz
13 6 7
Aldur-bót ok Sigvalda:
14 18 19 20 22
þá er til mòrz vit mœti (þar
21 23 25 24
Málm-þings i dyn hiálma,
26 27 28 29
Saþur fyrir Svoldrar mynni,
17 16 15
Sárlauk roþinn barom.

Collectio.

Ek fylgda ungur fryſa dölgi ok Sigvalda þar er Spiœr- (Spiót) ſiungo. Ok fek aldurbót, þar (þa er bárom roþinn ſárlauk til Mörz viþ Málmþings mœti i Hiálma dyn, ſudur fyrir Svœldrar mynni. Nu ſiþur œld at ek eldumk (eldunz.)

Meningen.

Ek var ungur þann tima er ek fylgde ovin þeirra Friſlensku, Olafe Konge Tryggvaſyne ok Sigvalda Jarle i herfor ok hiellt ek life mynn, þa er vier bárom til vigs bloþug ſverþ i bardaga, þar er vopnenn glómrudu oc hertygen hliómudu i Sundenu ſudur vid eyna Svóldur. Enn nu ſier oc fornemur folk ad eg elldiſt.

Senſus.

Minorennis id temporis eram cum inimicum Friſiorum Olaum Regem Tryggvaſonium atque Sigvaldum Comitem in expeditione comitarer. Et vita mihi conceſſa eſt quum ſangvine tinctos ad necem gladios in pugna portavimus, ubi arma perſtrepuere utenſiliaque bellica ſonuere, in freto inſulæ Suoldur meridiem verſus, nunc autem quislibet videt compertique ætate me gravari.

CAP. LXV.

Honum var ſvarat at fyri Sveini Kongi, voro þar merki borin) *Contumelia ſatis acri exercitum Danorum contra ſe venientem, excepit Olaus Tryggvaſonius:* Eigi myno ſkogar-geitornar oſs yferſlyga, þui at Danir hafa geita hug, oc eigi ſkulum vier ottaſt þad lid, þui at aldrig hafa Danir enn ſigur haft, ef þeir hafa bariſt à ſkipum. *i. e. Nullo modo ſylveſtres capræ nos ſuperare poſſunt; Dani vero caprarum animum & fortitudinem habent, quos nec metuamus; nunquam enim Dani, navali pugna*

victoriam reportarunt. Et hoc licet adversus Gentem fortißimam iniquius prolatum videatur, ab his tamen nihil differunt Olai verba apud Snorronem pag. 176. Olof fvarade icke fryckter vij for de blödige folk, thi der er icke mod i de Danske til fiős, icke bere de heller feier hiem af off i dag. *h. e. Effæminatos istos homines ne timeamus inquit Olaus; Fortitudine enim Dani in navalibus præliis carent, nec hodierno die victoriam de nobis reportant. De Svenone Tiugeskegg, superbe jactante cap.* LXIII. *Navim Ormin Longam ante vesperam se vecturam; Ericus Jarl dixit, sed ita ut à paucis audiretur.* Þa mælti Eyrikur Jarl, þo fuo at fair menn heyrdo; þo at ecki skip hefde Olafr Kongr meira, enn nu meigo þier fiá, þa myndi Svein Kongr vit einfaman Dana her, aldreigi þeffu Skipi ftyra. *h. e. Quamvis nullas præter has naves quas videtis [fuerunt illæ tres] poßideat Olaus, Rex tamen Sveno solo cum Danorum exercitu, hanc navim nunquam superare poteſt. Sed de Sveonum exercitu quam de Danorum, non mitior Olai erat sententia. cap,* LXVI. [*quem tamen viris armisque polluiſſe, teſtis eſt præsens auctor*] *sic enim de illo;* Kongr mællti, audveldara man Svia verda oc blidara, at fleikia blot-kappa fina innan, enn ganga uppa Ormin Longa, undir vapn var oc hrioda skipin undir off, oc þeff væntir mik, at ecki þurfum vier att ottaft hroffe æturnar. *i. e. Facilius delicatiusque Sveonibus foret, inquit Rex, sacrificiorum suorum lebetes delibare, quam navim Ormin longam aſcendere nobis defendentibus; alijſque noſtris navibus potiri; spero enim nos non neceſſum habituros, illos qui equina carne veſcuntur, timere. Sed vanum eſt quod Sveo-Gothis ethnicas ceremonias & ſuperſtitiones exprobrat; quippe quas apud quoſdam Norrigos etiam viguiſſe tempore Olai Tryggvaſonii, teſtis eſt noſter ut & Olai Craßi hiſtoria; cujus etiam tempore adhuc quidam in Norrigia, equina carne delectati leguntur; Et in legibus Iſlandorum uſque ad Olai Craßi tempora; id conceſſum fuerat. Virtutis Sveonum in aggrediendo claſſem illius, Noſter cap.* LXVI. *pulcherrime meminit. Male itaque conſtituto Olao hæc magnifica verba condonanda ſunt; nullos enim præter Norrigos ſuos æſtimavit, vel ſe æſtimaturum perhibuit; quare pugnando feſſus adveniente Erico Jarl. cap.* LVIII *Jam ſe gravius certamen adverſus populares ſuos, ſubiturum dixit. Quæ prius autem Olaus, magis ad animos ſuis addendos, quam quod revera ſic ſpreverit adverſarios ſuos, protuliſſe videtur. Major eſt vanitas Stephanii, viri alias clarisſimi, in dedicatione ad Saxonem Grammaticum, ubi Regem ſuum Chriſtiernum Quartum, mirifice ob victorias navalibus præliis Anno.* 1644. *ter reportatas, evehit & extollit.* Mox ubi maria fimul hoftilibus navigiis infeftari cognitum eft, novi facinoris indignitate permotus, ipfe ad ara a Neptunia provolas

volas & maritimæ te expeditioni accingis: haud secus ac patriæ salus inter decumanos Oceani fluctus ultimam tibi pugnandi necessitatem adferret, & in æquore tantum speciosæ victoriæ campum ostenderet. Te igitur duce emissa est in utrumque mare classis, quam non viri, non arma, non vela, non venti, sed augustissimæ Majestatis tuæ præsentia animabat ac provehebat. Postquam conserere manus aulæ essent hosticæ rates, pulcherrimum fortitudinis ingenitæ spectaculum edidisti Rex invictissime. Prætoriam tuam, in qua salus nostra vehebatur, velut indagine circumventam, recentium piratarum astus non semel opprimere tentavit. Tu contra fretus auxilio Dei tui, & justa causâ [Eet Swänska *Manifestet & Bœclerum*] inter tonitrua & fulmina tormentorum, inter volitantia tela, stabas serenus animo vultuque, non imperio tantum, sed & manu pugnans, publicæ magis anxius salutis, quam tuæ incolumitatis. Nulla pericula, nulla vulnera exhorruisti; quia animus tuus quo excelsior, eò minus leges corporis admittit, nec æstimas hanc vitam, quod aliam ex gloria & laude paratam tibi videas, quam æternam esse benè tibi persvasum est. Tandem gloriosam cœlitus victoriam adeptus, quicquid hostilium myoparonum Balticas undas constraverat, feliciter profligasti, & in deformem fugam conjecisti. Hæc est tergemina victoria tribus Svecorum disjectis classibus parta; quam juxta innumeris in rempubl. meritis tuis sempiterni temporis & nunquam perituræ memoriæ dicabimus, quamque fideles rerum gestarum custodes litteræ duraturis annalium monumentis æternitati consecrabunt.

Etenim primò ad Gothoburgum, quo portum Dani urbis obstructuri cum XI. *navibus advenissent; Mannerskōldio strenuo defensore & navibus aliquot Batavorum auxilium commodantibus, Classis Danica vela ventis dare cogebatur, non sine suorum jactura. Deinceps* Rex ipse omnia pro tutela ac salute regni subditorumque, terra marique ausus; *fortunam ausibus suis parum respondentem habebat. vide Loccenii hist. Sveo-Goth. lib.* IX. *Namque tum ipsemet pratoriæ navi inerat*; Quam Flemingius capere potuisset, nisi alii navarchi in suo officio remissiores fuissent, sane per tres horas continuis tormentorum ictibus ita diverberata erat, ut ad se reficiendam digrederetur. *Loccenius eod. loco. Aufugit deinde tota classis, adeo ut cum ad prælii locum rediret Flemingius; nullam Danicarum navium videret: Hoc prælio Sveones* XXX. *milites amiserunt Dani* LXXIII. *& centum sexaginta Dani vulnerati. Ipse Rex Daniæ uno oculo quoque orbatus est. Tertium, Prosemundo & Jasmondo ducibus ita dimicabat, ut Prosmundus mari sepeliretur;*

 ubi

ubi cum Nobiliss. olim navarca Drakio, securam ab crematione & effossione sepulturam nactus, de quo Ovenus:

Relligio quamvis Romana resurgeret olim,
  Effoderet tumulum, non puto Drake tuum,
Non est quod metuas, ne te combusserit ulla
  Posteritas; in aqua tutus ab igne jaces.

Jasmondus cum ab incendiariâ navi, suam incensam ac prope consumptam videret, de vita sollicitus; auxilium ab hostibus petere cogebatur, quos in alia tum intentos, haud facile ad se pertraxisset, nisi crumenam auro benè turgidam, auxiliatori obtulisset: qua invitatus nauta quidam, ad navim illius accessit, crumenamque ut prius in lembum mitteret, jussit; dein in mare se ipsum præcipitaret: unde bene madidus extractus, Holmiam unà cum decem Danicis navibus, captivus ductus est. Hæc de re liber cui titulus, mare Balthicum liberatum; uti & Bæclerus. Quarta Danica illo tempore navalis expeditio, hunc exitum habuit; cum iterum ductore Oveno Giedde, portum Gothoburgicum corrumpere tentarent Dani, adveniente Ancherhielmio & hisce destinatis occurrente; Danica classis Marstrandiam secessit: qua de re videri possunt Bæclerus & Loccenius. Sveonibus victoria præmium fuere quinque Danicæ provinciæ. Itane triplicem victoriam cantabit Stephanius, quam si silentio pressisset, suis sibique rectius consuluisset:

Quis minor est autem, quam tacuisse labor. *Ovidius de arte.*

Cap. LXVII.

Hoc capite solum enumerantur bellatores fortissimi, qui Navi Ormin Longa in ultimo discrimine inerant; quorum nomina pariter apud Snorronem pag. 170. exstant.

Cantilenam hic citatam sic explicat Dominus Gudmundus Olai.

1 4 7
Ugræþir sa auþa, (Ogrœþir
2 6 5
Arm-griotz Trauno fliðta, (Tiono
25 26 28 29 30
Hann rauþ geir at Gunni
27 8 9 10
Glaþur oc baþa naþra
11 12 13 18
Aþur hialdur Þorin heldi
14 15 17 16
Hugframur i bauþ ramri

Collectio vocum.

Ugrœþir Armgriotz Þorketill sá fliðta Tranu auþa oc baþa naþra, aþur hialdur Þorin, hugframur i ramri baud heldi snotur sunds

Snatur

19 22 23 24
Snotur af siglu vitni,
20 3 21
Sunds Þorketill undan

(Sneri otri undan af siglu vitni. Hann
raud glafur geir at Gunni.

Meningen.

Sa giafmilldi Þorkell Nefia halfbroder Olafs Kongs Tryggvasonar, bardest so leingi, ad hann sá fyr hrodna vera bæde Trònuna, so oc ormana bada, Orminn skamma og Ormin Longa, adur sa velskickade vopndiarfe og hugfulle mann i snarpri oruftu hielldi undann á sunde af Orminum langa. Hann riòdrade gladur suerdinn i bardaganum.

Sensus.

Munificus ille Thorcillus cognomento Nesia Olai Regis Tryggvasonii frater uterinus, tantisper cum hoste accerrime conflixit, usque dum tres illas naves prætorias Gruem & serpentes ambos, brevem scil. & longum, qui propriè prætoria erant exoneratas victasque videret; atque tum primum moratus ille & animosus vir laudeque bellica insignis è prætoria in profundum desiliens natando fugam capessebat. Ille in conflictu latus gladios cruore tinxit.

Cap. LXIX.

Þa heitir Jarl at taka helga skirn] *Ethnicus ante Ericus Jarl, victoria cupiditate convertitur ad Christianam pietatem; Thoronemque suum quem in navis prora habuerat (de quo instituto apud veteres, vide si placet Notas ad Thorstens Saga pag. 33. Seldenum de Diis Syris Syntag. 2. cap. XVI. tot.) fregit, inque ejus locum Sacram crucem reposuit. Fuit autèm Thoro à nautis ut plurimum cultus. Husafeldensis ex alio manuscripto histor. Olai Tryggvasonii de Helgone in Magra, Islando:* Hann sagdist trua á Christ enn hiet á Þor, til siofara fier og hardræde *h. e. Helgo in Magra dicebatur Christianus: sed Thorònem invocavit pro felici navigatione & fortuna prospera. De facto Erici comitis, satis modesta est oratio Olai Tryggvasonii:* Olafur Kongur mælti, er hann sa at Jarl reri at; geingin er nu Þor ur stafninum á jarnbardanum, enn nu er i stadin kommin hinn helgi Crofs, og heldur mun Jesus Christus drottinn, vilia til sin tua enn eirn. *b. e. Rex Olaus cum comitem adremigantem videret inquit; de prora navis Jarnbarden jam decessit Thorerus, inque locum Sancta crux successit, & æstimat Dominus Jesus Christus duos pluris quam unum. Sed religionem Christianam, parum Sancte dein coluit Ericus. videatur Noster & Olofs Saga.*

Einar

Einar ſuarar Noregi ur hendi. Þier Kongr) *Fractus eſt arcus Einari Tambarskelveri perfectisſimi jaculatoris, juſſu Erici Jarls & induſtria jaculatoris ipſius Finni: quo dudito ſono quid eſſet interrogavit Rex Olaus? reſponſumque tulit: ſono hoc indicatum illum imperio Norrigico excidiſſe: & videri poſſet hoc effatum, præſagium fuiſſe. Sed tantum fidebat arcui ſuo & arti jaculatoriæ Einarus, ut ſi integer manſiſſet arcus, Ericum Jarl occubiturum exiſtimaverit. Verum hoc reſponſo iratum factum Regem legimus. Extat quoque hæc relatio apud Saxonem, ſed more ſuo contra Snorronem, Noſtrum & Olofs Saga, longe aliter hanc tradit lib. IX. Verba illius adſcribere non ſuſtineo, nec tanti æſtimo.*

Cantilenæ, quæ hoc capite citantur, Eodem interprete ſic intelligendæ.

3 4 7 6 8
Ferþ kom heldur i harþa, (Fiðrþ, harþann)
11 10 5 9
Hnito reyr ſaman dreyra
16 13 12 15
Tungl ſcaruz þa Tingla, (þar)
14 1 2
Tangar Ormurinn Langi;
17 26 28
Þa er borþmykin Barþa
27 25 24
Brynflagþz Regin lagþi (brym. flagd)
18 19 20 22 23
Jarl vann hialms und holmi,
21 29 30 31
Hryþ Viþ ſofnis ſyþo.

Collectio vocum.

Ormurin Langi (ok) ferþ kom ſaman i heldur harþa dreyra reyr hnito; Þa ſkaruz Tangar Tingla Tungl, Þa er Jarl (ſem) vann hialms hryþ und hólmi lagþi reginn borþ mykinn brynflagþs barþa viþ ſofnis ſyþo.

Meningen.

Ormurin Langi og þad lid Kongs ſem à honum var mættiſt i miog ſnarpra orruſtu. Þa ſundur hiuggnſt þau forgylltu og prydeliga uthóggnu drekahòfud og dyrlegu myndir â bugſpiòtenu, þegar ad Jarlinn Eyrikur (hvor um ſijder vann þennann bardaga undar eyunne Svoldur: (ſlagdi þann miòg bordmykla Jarnbarda vid ſijdu â Orminum Langa.

Senſus.

Navis prætoria cui nomen Serpens Longus, & Regii milites, qui in illa erant cum hoſte ſtrenue concurrebant. Tunc ornatus proræ, draconum ſcil. deaurata capita & icones variæ artificioſisſime roſtris inſculpta acroteriaque & plu-

plutei navales elegantisſimè cælati abſcindebantur & diſſecabantur. Quum Comes Ericus (qui in hoc ad inſulam Suoldur prælio, victor tandem exſtitit) prægrandem ſuam navim nomine Jarnbarden à ferreis cinctibus vel ſubligaculis ad latus navis prætoriæ Regis, quæ ſerpens longus vocabatur, applicuit.

4 1 2
Gærdiſt ſnarpra Sverþa
10 9 11 5
Slito dreingir friþ leingi
12 14 15 13
Þar-er gyllinn ſpiot gullo
3 6 7 8
Gangur um Orminn lãnga
17 16 20 21
Dolg quaþo-fram-fylgia
28 27 26
Fran-legg bita hanom
22 23 19
Svenſka menn ad ſennu
18 24 25
Sunnur ok Danſka runna.

Collectio vocum.

Snarpra ſverþa gangur gærþiſt leingi um Orminn langa, dreingir ſlito friþ þar er gullo gullinn ſpiot; quaþo dolg ſunnu at ſennu frammfylgia Svenſka menn ok Danſka Runna hanum [quado Þeir oc] bita frãnlegg.

Meningin.

Leingi var bareſt á Orminum Longã og ſtrijdzmennerner ſlitũ fridenn þar er forgylltra Vopnabrak heyrdeſt, ſo er og ſagt ad ovin Olafs Kongs Eyrike Jarle (hafi þa fylgt ſudur til Svoldrar oroſtu bæde Svenſker menn og Danſker (huors ſkarpa ſverdi og hroſad verdur.)

Senſus.

In ſerpente longo (id navis prætoriæ nomen erat) diu præliatum eſt ac milites pacem rumpebant ubi deauratorum armorum ſtrepitus audiebatur. Perhibent quoque inimico Regis Olai Erico ſc. Comiti (cujus acutiſſimus gladius nec ſuo caret encomio) & Sveċos & Danos (qui meridiem verſus ad pugnam Svoldrenſem ipſum comitabantur) ſe aſſociaſſe.

2 2 3 4 5
Hyckat ek vægþ at vijgi
7 6 17 9
Vann drott Joſur ſóttann

Collectio.

Ek hyck vægþ at vijgi drótt vann fiorþ ſottann joſur,

8 12 11 13 14
Fiörð komst Jarl af jörðu,
17 16 15
Ögnhar-Þann sik sparði
18 19 25 26 21
Þa er fiar mynils forðut
20 23 24 22
Folk-barður a vit barða
30 29 27 28
Litt var sævar soti
31 32 33 34
Svangur vit ormin langa.

(at)
(Jafn)
(fiard)
(suð)

fur, Jarl komst at jorðu, sparðit sik ognhar Þann, þa er folkbarður særðe barða a vit fiar mynils sævar soti var litt suangur við Orminn langa.

Meningen.

Eg meina i þui stride voru aungu hlyfdar, þar gillte ecki fridar að bidia, er hermenn Eyriks Jalls unnu Kongin Olaf Tryggvason vid hvorn þeir sloust i Sundenu vid eyna Svóldur, þa fick Jarlin Eyrikur Noregs rijke, hann geck snarplega framm og hlyfde sier ecke þegar hann med sinum Koppum lagde Bardanum á mote þeim millda Konge. þa voru ecke hræfuglarner svanger i kring um Orminum Longa.

Sensus.

In isto prælio nullis credo pepercerunt, nec de pace supplicari profuit, quum comitis Erici milites Olaum Regem Tryggvasonium cum quo in freto ad insulam Svoldur confligebant, vicerunt. Tunc temporis Comes Ericus regnum Norvegiæ adeptus est, qui acerrime dimicans sibi nequaquam parcebat, quando navem prætoriam, cui nomen Bardenn, cum suis pugilibus Regi munificentissimo opposuit, ibi circa navem Regis, Serpentem longum, aves rapaces marina non esuriebant.

8 10 11 12
Sucku nidur af naðri,
14 13 15 9
Naddfars i boð farir,
3 5 7 6
Baugr gerðust við vægiaz,
4 1 2
Verkiendur heðins ferkiar;
24 21 22 16 20
Vanur man ormur þott ormi,
17 18 19
Alldyr Kongur styri,

Collectio vocum.

Heðins ferkiar-baugs verkiendur gerdust vægiaz við (þeim) sucku farer niður af naðri, i Naddfárs boð; þott alldyr Kongur styri Ormi, man Ormur leingi

vanur

27 28 29 30 32 31
Huar hann scryþur meþ liþ liþa
23 25 26
Leingi slikra dreingia.

vanur slijkra dreingia, huar hann scriþur meþ liþa liþ.

Meningen.

Strijdzmenn og kappar Olafs Kongs urdu þa ad vægia og vikia fyrir soddann ofuresle, þeir fucku farer nidur af Orminum langa i þan blode blandade sio. Og þo ad hinn vegsamlegaste Kongur styre hier eptir Orminum þa mun þetta skip alldrey fa soddann hetiur huar sem hann sigler med herfolk.

Sensus.

